32

Ferrariensi
Jo de Feri
De Coelesti
Vita
DE
Anima.
Martini
Magistri
De Fortitudine

& Martini
DE
Magis-

I
00153

BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.
Sala Est. Tab. Núm.
2 - 7 - 2

n.° 153

I
00153

b18616586
b18616677

Nº 153

# Liber nouiter editus.
# De celeſti vita.
# In quo infraſcripta continentur.

In primis.

De natura Anime rationalis.
De immortalitate Anime.
De inferno et cruciatu Anime.
De paradyſo et felicitate Anime.



~~Num. 38. cax. 7. num. 32.~~

2-13-4-2

DIVO Borſio principi illuſtriſſimo : de celeſti uita ſachrę theologię doctoris
excellentiſſimi domini magiſtri Ioanis ferrarienſis ordinis minorum. Liber pri
mus fęliciter incipit.

NIſi immortales muſę diuęq; camenę iam pridem caſta
lii fontis heliconiſque ſcaturientis latices delibaſſent:
Aut pyeridum alumni parnaſum montē apollini di
catū: ob laurorū affluentiam nymphis pergratiſſimū
excoluiſſent muta ꝑfecto fuiſſet eloquentia. Orpheū Orp
poetarū uetuſtiſſimū ex nimia ac quippe admirabili
liræ ſuæ ſuauitate cicures & feras ſaxaq; & ſiluas: mira
elloquii dulcedine captas traxiſſe ferunt. Heſiodum
item paſtorem rudem agreſtem atq; indoctum guttu
la aquæ collucentis libata: ita ad ſummū poetice eua
ſiſſe ut nobiliſſima dogmata eius a Platone & Ariſto
tile in mediis eorum utriuſq; phie naturalis & moralis uoluminibus: magna
cum ueneratione ueluti oracula ſepenūero frequentaretur uerum cum non inſa
lubres aquas e ſacris fontibus gentilium more ubertin proſilientes. Nec apollo
nec cylenius ſe ingurgitare admodum expetentibus denegauerit: nec hoſtio ita
peſſulum obdidit quin cunctis pateret igreſſus. Propterea uates non ſolum am
pliſſima heroū geſta ſed uicioſas atq; mortiferas hominū uoluptates turpiſſimoſ
que actus magno uerborū lenocinio cecinerūt. Multa quippe ſub iſto uelamie
latent memoratu digna: quæ a nobis inſtar nuclei deteſta excerpuntur. Nam de
uita moribuſq; percomode multa ſapienterq; ab illis dicta: & nature generatio
nis principia & cauſę & quaſi doctrinarū oium ſemina in illis reperiuntur. Et do
ctrinam uiuendi in belli tempora paciſque diuiſam oſtendunt. Et in bello quidē
ducis quæ prouiſio: quæ militū fortitudo: quæ caliditas: quod inſidiarum genus
uel cauendū uel faciendū quæ monitio: qđ conſiliū: uel ab Homero uel nr̄o Ma
rone prætermiſſū eſt. Q uę oia obliteraſſet atq; funditus obſoleuiſſet poetarū ſilē
tium ac perpetua taciturnitas. & ſi aduſq; noſtri tpis feces: Pythagoras Socrates Pythago-ras
Plato Ariſtotiles Reliqui humanæ uitæ iſtitutores obticuiſſent nec bene beate Socrates
q; uiuendi precepta: tum uerbis tū lr̄is inſinuare curaſſent ueluti pecora & muta Plato
animantia uagi & per deuios anfractus errabūdi per arenoſas ſirtes atq; uaſt[illegible] Ariſtoteles
litudies ſolum omne luſtrauiſſemus priſcorū hominum genus legibus ſolutū
diſperſum agreſte erat. At ſocrates: ut Cicero refert philoſophiā primus deuoca
uit e celo & in urbibus collocauit: & in domos etiā itroduxit. Erant enī uſq; ad il
lam fere etatem paſtores in qua pythagoras non ſolum nominis inuentor: ſed re
rum etiā ipſarū amplificator fuit ſiluicedi cūctiq; huiuſmōi ſine ſtudiis humanita
tis quos cladis publice ſuperſtites fecerat oportuna habitatio ex tempeſtatū atq;
illuuionis icomodo. Q ui cū poſt hunc philiaſiū ſermonē i Italia uēiſſet: exorna
uit eam greciā quæ magna dicta eſt & priuatim & publice preſtantiſſimis & inſti
tutis & artibus: ſicq; uiguit pythagoreorū dogma uſq; ad Socratē: qui ad archel
um anaxagore diſcipulum audierat. Q uid enim eſſet homo uel uirtutibus u
ratione carens: niſi mutum & lutulentum animal. Aut quid iuuaret ſtatu rec

hominem formatum extitiſſæ oriſque &linguæ cogitationum inter petris ornatu preditum niſi ad iuſtitiam colendam ſeſe in lucem editum & cognoſceret & ſciret. Idcirco ſolus inter animantia pene omnia celum ſideraque intuetur: Cum ceteris pronam & decliuem in humumque procūbentem formam uentri pabuloq; ſeruiētem dederit rerum omnium fictor deus atque alumnus: ut proſpectus acie in altum porrecta atque rebus ſublimibus intenta: celeſtem originem in nobis eſſe ſ[illegible]peremus: & animos noſtros in quibus optimi parētis expreſſa ſimilitudo reſplēdet uirtutibus & diſciplinis iſigniremus. Hæc eni duo quæ paulo āte pſūcto riæ enumerata fuere: adeo ſibi mutuo coherent: ut nulla ui: nulla poteſtate ab inuincem diuelli ac diſiungi queant: Non enim ratio abſque uirtute: nec uirtus ſine ratione conſiſtit. Hæc ſunt illa uirtutis primaria offitia. ſcilicet deū agnoſcere ipſumque pie iuſteque colere quæ felicitatis humanæ ſeminaria ſunt quorū [illegible] ſ[illegible]o i[illegible]tris atque ſpecu demogorgonis aut in cahos ignorationis Anaxagore ta[illegible] ſcabra obnubilata atq; ſpreta iuiſa iacuiſſet: niſi ueterum capedo promodu[illegible] oblimaſſet. Nec profecto ludibrio habendi ſunt: nec canino morſu: aut uiperino corrodendi: ſi non opera eorum ueritatis luciddiſſimus ſplēdor nobis effluxerit: Nō omnia aſſequi poſſumus omnes. Verum enim uero: ſi naturæ offitia: eiuſq[illegible] progreſſiones & horum conſāguinea digeſte penſitateque modulari curabi[illegible]: eorum patrocinio omnibus phie ducibus ſic ducatum preſtitiſſe comperiemus: ut uolentibus nunc liber pateat ingreſſus. Iacta ab ipſis priſcis uirtutum ſemina fuerunt: quæ pepererunt admodum dulciſſimos tempeſtiuoſque fructus: ut uapore mirabili guſtātiū fauces cōpleatur. Nō ne ueritatis ueteratores atq; falſi rerum extimatores cenſeremur: ſi tantos congeſtos labores: tantas lucubratas uigilias illorum patrum nihil pēderemus? Quid enim illuſtrius ueritate? Hæc equidem tanto ſplendidior atque precioſior: quanto inuentu difficilior. cuius ut ſtiuam nobis relinquerent omnes animi corporiſque uires contriuerunt. Legimus Maronem ante oculos ennii poetæ annalium libros ſemper habuiſſe: quos [illegible]it minime: ſed aurum ex eius ſtercore perdius atque pnox collecturū ſeſe omnibus portendebat. Nec ut altius repetam antiqua philoſophia a qua numeri quorum uis ea tēpeſtate i natura maxima erat motuſq; tractabatur & unde omnia orirentur: [illegible]uoue recederent ſtudioſeque ſyderum magnitudines interualla curſus & cun[illegible] celeſtia perſcrutebantur. Nec Socrates: Nec Plato: nec Ariſtotiles ueritatis [illegible] eorum iugi meditatione cura atque diligentia in unum hi reddigere & co[illegible]ruare potuiſſent: niſi primi uadum poſterioribus emulandum atq; ampliandum reliquiſſent. Ego uero dux Illuſtriſſime qui pro meo captu in his proſequendis omnes corporis artus fractos eneruatoſque ſētio. Semper ego auditor tantum nunq̃ ne reponam? ut Satyrus ait preſertim cum iam nos manum ſubduximus ferulę. Igitur felicibus auſpiciis aduerſus impietatem non nullorū [illegible]elicolas ſedes moratis cōgruas. & tetra atque formidoloſa loca moroſis atque i[illegible]probis digna: negantibus maturandam hanc prouintiam ſuſcepi. Optaſſem pro[illegible]terea hiarcham in trono ſedentem aureo atque docentem audiuiſſe: & de Tātali fonte ita aquam libaſſe ut omnem eloquētię ſitim cuius deſiderio torqueor ex[illegible]hauxiſſem. Maximeque id fieri uellem: ut potentius in animos illorum iſluerem: [illegible]i nihil niſi expolitum atque diſertum audire uolunt. Verum cum nec Plato

Socrates
Plato
Ariſ[illegible]

nis amplitudo Ariſtotilem: Nec Demoſtenis uehementia: Ciceroniſque copia reliquos oratores deterruerit. ſic nec multorum magniloquentia mea q̄n̄q; reſtringet ſtudia: quin progrediar ut potero. Non enim eloquentię ſed ueritatis fiducia ſuſcepi maturandam hāc molem & magis fortaſſe q̄ poſſit meis uiribus ſubſtineri. Legimus pleroſque ſūmæ grauitatis uiros poſt phericiadem ſirum Platonē Theofraſtum de animorum ſtatu litteris mandaſſe: quæ ſunt cognitu non inſuauia. Fuerunt enim primitiæ quædam: & quaſi libamenta ingenuarum arti[illegible] Nec exiſtiment homines eruditi docendi magis q̄ admonendi gratia hæc deprōpta fore: quin potius me ſcripturum ſciant: ut quia demōſtratione ueſtigiorum quadam contenti: proſequantur ea poſt ſi libebit: uel libris repertis ex quibus e[illegible] paucula excerpſi: uel auctoribus quos in hac operoſa ſatis re emulari non [illegible] duit. Et ut par eſt tantum in laude quantum in cura & orationis cultu [illegible]gantia cedo. Ocius ad hanc rem conficiendam me inpulit loquacitas [illegible]lorum: qui ut a uulgo docti uideantur: ductis ſuperciliis rugata fronte uer[illegible] cinant. Et ſi fortunæ preclaro aliquo fauente ſucceſſu principibus adſint. ut [illegible] cato omni pudore: ſpretis diuinis humaniſq; īſtitutis: omnibus obſcēis uo[illegible]tibus frui collibeat. Deum in humanis nihil curare: Auerni pœnas non [illegible] meſcendas: Nec paradiſi gaudia eſſe expetenda magno uerborum cultu dix[illegible] His tandem icōpoſitis hoibus uariis erroribus reſpſis: ꝑ mediocritate ſuc[illegible] re ſtatui. Et illico intrāſeundis uoluendiſq; multis admodū uoluminibus & phiſicis & theologicis: ꝑ omnia ſemper negotiorum interualla: In quibus furari oci[illegible] potui aſſidua meditatione ānotaui ut q̄n uſus ueniſſet & me aut quempiā repens obliuio tenuiſſet: & libri ex quibus ea ſumpſeram non adeſſet: quidquid circa eā rem curſim lectitando memoratu dignum cōperi: modica ex his ea quę ſola accepi in his libris indidi: ceu in quodam litterarum penu: ut uolentibus deprompta forent. Interdum dum mecum met ipſe cogitarem ſcaturiebant rationes & argutię in medium: adeo compoſitę & accerrimę: ut ingenti admiratione etiam ob[illegible]tu peſcerent non credentes. Quid plura? Ego ut mature grauiterque operar[illegible] nauarem: ſedula meditatione cuncta (niſi ea forte quæ caſu aliquo me [illegible]let) memorię tenaciſſimę comendabam: ut q̄n opus foret: ſerio euomer[illegible] od acceperam. Sciſcitatus ſæpenumero quid ſuper hanc rem ſentirem. [illegible] pentibus nonnullis quaſi reliqui qui in corona erant (ut mos eſt diſſidētium [illegible]rbam darent: Paulum oculos quos cogitabundus in terram defixos teneb[illegible] exi: idque ex tempore dixi circumpulſantibus non eſſe abſoluēdum: Nec in ta[illegible] a hominū expectatione in agendum cum clodo pede temere propandum: Nec in tanto cōuentu leuiter proferendum quidquid imbueram uenerit: ſed digeſte modulateq; diſſerenda eſſe omnia: ne arroganter temereque uidear uela dediſſe uentis: & A[illegible]ram ſoluentibus fruſtra bene precaſſe. Tuo igitur mi Borſi Illuſtriſſime non[illegible] ni hos congeſtos labores meos cōſecrare ſtatui: pro mea in te deuotione fidequ[illegible] ſingulari: tum pro tui nominis celebritate & gloria: cuius te q̄uis ſis ſapiens cur[illegible] dum eſſe reor. Velis igitur munuſculum hoc qualecumque eſt benigne i mur[illegible] accipere promptitudinemque animi potius q̄ magnitudinē dati extimato. S[illegible] unum abs te humaniſſime impetratum uelim: ne operam atque impenſam ar[illegible] ſe uidear: ut memineris ea te felicibus auſpiciis lege in huius mundi aut corpo

hoſpitio intraſſe: ut etiam hinc pari ſorte te migraturũ aliquando intelligas: Nec te fugiat quanti eſt rationalis animus quem diuinę naturæ impreſſam preſe ferre ymaginem conſtat. q̄ ſeue apud auernum pœnas dabit. Quantis item perfruetur gaudiis: Si ſe caſtum: pudicum: nulla labe conquinatum conſeruarit. Quod ut efficias id tibi perſuadeas uelim. Hoc enim ſi eniti curaueris. erit tuę uirentis gloriæ admirabile monumentum: quod uetuſtate non obſcurabitur: ſed p[illegible]rſus omnium gentium & linguis & litteris celebrabitur: & uſque adeo: ut nul[illegible] etas tuas mirificas laudes innumeroſque triumphos conticeſcat. Cura fulgi[illegible]as atque atras mentis caligines fugare: ne templum hoc quod non fumo: nõ [illegible]re: ſed malis cogitationibus ſordidatur uioletur: ut tandem exactis huius [illegible]iculis: pro morte uitam pro tenebris claritatem: pro caducis terrę bonis: [illegible]onſequaris premium.

Explicit prohemium.

Tabula Capitulorum primi libri.


| | |
|---|---|
| [illegible]litate animæ. | car. iiii. |
| [illegible]oribus gentilium circa animæ nautram. | car. viii. |
| [illegible]homorum genitura. | car. viiii. |
| [illegible] erroribus hereticorum. | car. x. |
| [illegible]e natura animæ rationalis. | car. xiii. |
| De lucis & luminis natura. | car xv. |
| De modo eſſendi in loco | car. xvii. |
| De unione ſpiritus cum corporibus. | car. xviii. |
| De modo unionis animæ rationalis cum corpore. | car. xx. |
| [illegible] unione aliorum animatorum. | car. xxi. |
| [illegible] ſede & principali domicilio animæ. | car. xxii. |

FActurus opere pretium arbitror ſi paſſim priſcorum ſententias diſp
ſas in unum coaceruare ut magis ac magis lectitantibus ſint iocũda
incubuero. Operoſa res ſatis poſt meſſorũ colligere ſpicas manus ef
fugientes. Ne igitur tanto labore conſitiantur mortales quibus a na
tura inditum eſt aliam uitam hac longe preſtãtiorem eſſe. ex uariis
codicibus multarũ ingenuarũ rerum reſperſis in unũ manipulũ conflandũ ſta-
tui ut cõcatenata magis deprõpta foret. Nec quiſpiam mihi ſuccenſeat: aut c...
pat ꝙ rudis atq; incõpoſitus tantũ facinus auſim quippe qui nec falſo glorie ſplẽ-
dore: nec rethorũ floſculis quibus nitore quodã mirũ ĩmodũ oratores diſertiſſi-
mi ſplendore fatiunt orationes agor (& nõ forte ĩ præceps) ſed ueritatis potius fi
dutia: Verum quia amanti (teſte cicerone imo ueritate) nihil difficile: nihil aſpe
rũ: nihil inſuaue tua gratiſſima humanitate mi Borſi Illuſtriſſime qua neminem
dedignaris illectus adorior id qđ omnes animi uires exuperat: Et quod pudor
optimo equiſſimoq; iure impetraſſet. ſ. ſilentium & taciturnitatem importunus
amor uetuit ex quo mihi tanto cumulatior paratur gloria quanto id ipſum geſſe
rint pauciores. Igitur obmiſſis ambagibus: ad rem feſtinet oratio. Tanto ard...
ris incendio iam pridem non latium omne non grecia ſolum: ſed omnis barba-
ries ueritatis cognoſcendæ flagrauit ut genus patriam Amicos fortunas omnes:
uel neglexerint uel abiecerit. Legimus gignoſophiſtas nudos ſolis genitalibus ...
tegmina adhibentes per indorum aduſtas ſolitudines & uaſta loca peruagantes: phiſte
ut ſolam nudamq; ueritatem nudi expeditiq; ſequerentur. Ferunt democritum Democri tus
in ſiluis habitaſſe: ut multarũ rerũ rationem redderet: Nam cum ſerpentes linire
ſibi oculos conſpicatus fuiſſet: proſpectui uiſui eſſe arbitratus eſt. Pythago...
tradũt ſcriptores cum eo flagraret atq; exardeſceret amore ad egiptios primo a...
magos præpterea & perſas ad perdiſcendos ſiderum motus originemque mun...
ſpectandam profectum: Inde egreſſus cretam & lacedomona ad cognoſcenda...
mos & lycurgi iclitas ea tempeſtate leges contendit & uſq; ad illa ora italiæ...
tunc magna græcia appellabatꝛ: ut omnia iura diuina & humana cognoſcer...
uigauit. Huius profectionis emulus plato uſque tarentum uenit: ut archite ma-
gni & præclariſſimi uiri inſtituta quæ maxime colebantꝛ atq; florebãt cognoſce- Plato
ret. Democrituſque agros ſuos reliquerit: eoſq; paſcua publica fieri paſſus fue- Demo...
rit: Ampliſſimis laudibus in celum fertur. Non ĩpari laude celebratur terra ma- tus
rique Thebanus ille chrates: qui cum athenas ad philoſofandum proficiſceretꝛ: Crates
auri copiam quã ſecum deferebat in mari abiecit exiſtimans non ſimul poſſe ſa- theba...
pientiam & cenſum poſſidere. Sic diogenes: Sic xenocrates: ut liberius phiæ ſtu-
diis inſudaret. Alexandri dona cõtempſit: exiſtimans multo eſſe præclarius mul Diog...
toque diuinius diuinarum humanarũq; rerum inueſtigare ac ſcire rationẽ: ꝗ aut X...
ſtruendis opibus aut cumulandis honoribus inherere. Spretis igitur terre bo-
nis quibus affluere indoctum uulgus putat feliciſſimum ad philoſofandum oẽs
corporis uires: omne ocium: omnem denique mentis corporiſque uigorem co...
tulerunt. Exiguo curriculo ſic in exquirendis rerum principiis & cauſis profe...
runt ut ueritas quæ uniuerſos latebat mortales: ſua ope ſua cura: ſua denique dil
gentia omnibus in propatulo haberetur. Quid opus eſt uerbis? eorum perſpica
citate atque itellectu mirabilique acritate terras celum maria peruagari metiri...

habitare rerum cauſas motus effectus docuerunt. Animalium tam diuerſorum
generum morum atque figurarum. plantarum herbarum quoque: & ut breuiter
omnium generatorum naturas perſtringam quicquid humanis ſenſibus ac inge
nii uiribus comprehendi poteſt oſtenderunt. Harum rerum cognitione non cō
tēti in qua exerciti deffeſſique fuerant: cœlorum numerum: aſtrorum motus: lu
næ ſoliſque defectionem pricipium originemque rerum perſcrutari adorti ſunt.
de quibus ſane & ſi ſomniando i pleriſque rebus uerum ſenſerit in multis tamen
(ut mox apperiam) a recto calle ignoratio detorſit. Nā athomis paſſim coeunti
bus fortuito concurſu infinities mundum generari & totienſque diſolui docuit

Democritus abderites

Democritus abderites. Mundum ſemper fuiſſe & fore Ariſtotiles uſurpat dice
re. Vnum mundum pythagoras aſſerit. Plato non ſemꝑ fuiſſe: ſed ſemper ſo

Plato
Ariſtotiles
Epicurus & Democritus

re in thimeo præſertim p̄ſumit aſtruere. Plurimi uero nec fuiſſe ſp̄: nec ſemper ſo
re ſcriptis ſuis teſtificantur. Quibuſdam uero placet diuina prouidentia mun
dū omne: & regi & gubernari. Nōnullis temere & caſu: ut Epicuro & democrito.
Alii homines ſingulos ex parentum ſeminibus procreatos ſucceſſiōe prolis mul
ta ſecula ꝓpagare. Alii ſp̄ hoīes fuiſſe: nec unq̄ niſi ex hominibus natos atq; eo
rum generari: caput exordiumque nullum extitiſſe arbitrati ſunt. Alii uero fuiſſe
tēpus: Cum hoīes nō eſſent & his ortum aliquē principiumq; natura tributum.
In hac quippe ancipiti re ſententiā ferre admodū periculoſū eſſet propter aucto
res quorū fama celebrata ē in omne euū. Prior nāq; ſnia qua ſēper humanū gēus
fuiſſe credit̃ auctores habuit Pythagorā Samiū Occriū & Lucanū Architā Tarē
tinum oēſq; fere pythagoricos. Itē antiquę achademię. philoſofi itidē nō aliud ui

Ariſtotiles
Theophraſtus

dēt̃ opiati. Ariſtotiles quoq; ſtagirites & Theophraſtus multiq; p̄terea nō igno
biles ꝑypatetici idem ſcripſerūt: eiuſq; rei exempla dicūt. ꝙ negant omio poſſe re

An ouum ſine Aue & Auis ſine ouo gigni poſſit

piri aues ne āte: an oua generata ſint: cū & ouū ſine aue & auis ſine ouo gigni non
poſſit. Itaq; & oīum quæ i ſempiterno iſto mūdo ſp̄ fuerūt futuraq; ſūt: Aiūt prici
piū fuiſſe nullū: ſed orbē eē quorūdā generātiū: naſcētiūq; in quo initiū ſimul & fi
nis eē uideat̃. Qui uero alterius factiōis ſūt: & hoīes aliquos primigenios diui
nitus a natura ue factos putant molti fuerūt. licet certe iter ſe certēt. Nā ut mittā
quod fabulares poetarū hyſtoriæ ferūt hoīes prios promethei molli luto eſſe for
matos: Aut deucaliōis pirrheq; ducis lapidibus eſſe natos. Quidā ex ipſis ſapiē
tię ꝓfeſſoribus: Neſcio an magis mōſtruoſas certe nō minus icredibiles rationū

[O]piniōes Antiquorū [d]e pricipiis [hum]ani ge[n]eris [An]aximā[der]s

ſuarū ꝓferunt opiniones quas prolixius explorare ſupuacaneū cenſeo. ꝑfuncto
riæ tn̄ horum uana deliramenta cōmemorabo: ut præclara ingenia quātum a ue
ritatis ſemita oberrauerint ipſe aperiam. Anaximander Miletius uideri ſibi ex a
qua terraq; & calefactis corpuſculis exortos eē ſiue piſceſſes ſeu piſcib9 ſimilia aia
lia in his homines concreuiſſe: fetuſque ad pubertatem intus retentos tunc de
mum ruptis illis uiros mulier eſque qui iam ſe alere poſſent proceſſiſſe. Empedo
cles egregio ſuo carmine quod eiuſmodi eſſe predicat Lucretius: ut uix humana
uideatur ſtirpe creatus. Tales ſi quidem confirmat primo membra ſingu
la ex terra quaſi pregnante paſſim edita: deinde coiiſſe & effeciſſe ſolidi hoīs
materiam: igni ſimilis & humori ꝑmixtam. Hæc eadē opinio in ꝑmenidefuit pau
cis exceptis ab Empedocle diſſenſiſſe. Democrito uero abderite ex aq̄ limoq; pri
mū iuſſū eſſe hoīes ꝓcreatos. nec lōgę ſecus. Eipcur9. Is. n. credidit limo calefacto

uteros neſcio quos radicibus terræ increuiſſe & iſantibus ex ſe editis ingeniam la∕
ctis humore natura miniſtrāte præbuiſſe: quos ita educatos & adultos genus hu∕
manum propagaſſe. Zenon ſtoice ſecte condictor principium humano gene [Zenon]
ri dedit: primoſque homines ex ſolo aminiculo diuini ignis: ideſt dei prouiden∕
tia genitos. Hi & pares errores terram cum occupaſſent: humanæque ſapiētiæ
amatores ſubuertiſſent. Non eſt paſſus ultra deus hominem lumen ueritatis
requirentem diucius errare: ac ſine ullo laboris effectu uagari per tenebras in∕
extricabiles. Aperuit oculos ſuos tandem & notionem ueritatis munus ſuum
fecit: ut & humanam ſapientiam de qua lætari ueteres plurimum ſolebant nul∕
lam fuiſſe monſtraret: & erranti ac uago iter rectum panderet per moyſem du∕
cem ac ſui populi fideliſſimum imperatorem omnique egiptiorum ſapientia
calentem. Qui præuidens hos hominum errores fore. & iam forte diu cœpiſſe
ut uanas iſtorum opinationes euelleret. Sic diuinos libros ſuos adortus eſt.
In principio creauit deus cœlum & terram & reliqua omnia quæ longo contex∕
tu narrantur: Initium rerum mundi auctorem materiæ cauſationem his paucíſ∕ [Moyſes]
ſimis uerbis comprehenſus eſt. Nec ab re. Sed ut philoſophi cognoſcerent ante
mundi initium eſſe uel ipſum totius uniuerſi eſſe initium & rebus omnibus
gignendis dediſſe: Cuius ab auctoritate Plato minime diſceſſit: Conſtantiſſime [Plato]
enim inthimeo profitetur mundi molem ſpecioſiſſimam a ſummo rerum omni∕
um opifice fuiſſe elaboratam. Et quod longe difficilius eſt e reditu. Cum ſciſcita∕
ret̃ ab eo cauſam mundi condendi. Ita rem terminaſſe accepimus ut a bono deo
bona oꝑa conderent̃. Neſcio profecto quid ſanctius ab hoīe catholico reſponde∕ [Catholica]
ri potuerit: ſiue iſta legerit: ut nōnulli ſuſpicant̃: ſiue ab his qui legerant forte co∕ [reſponſio]
gnouerit: ſiue accerrimo ſuo ingenio qđ uerius puto inuiſibilia dei ꝑ ea quæ facta [de cauſa]
ſunt intellecta cōſpexerit. Hac tamē cām. i. bonitatē dei tā iuſtā tanq; ydoneā aſ∕ [mundi]
ſignauit: ut oēs cōtrouerſias querētiū mūdi originē facillime termiaret. Sed mul∕
to ī hac re mirādū ē amplius ꝙ etiā ꝗdā qui unum nobiſcū credūt oīum rerum eē
principiū: ullāq; naturā quæ nō ē qđ deus eſt: niſi ab illo cōditore eē nō poſſe: uo∕
luerunt tamē iſtā cām mūdi fabricādi: tā bonā ac ſimplicē bene ac ſimpliciter cre∕
dere: ut deus bonus cōderet bona: & eſſent poſt deū qui nō eſſet qđ deus. Progre
diunt̃ tamē dicentes aīas dei ꝑtes minime eē: ſed factas a deo: peccaſſe recedendo
a rerū cōditore & diuerſis ꝓgreſſibus ꝓ diuerſitate peccatorū a cælis uſq; ad terras
diuerſa corꝑa quaſi uicula meruiſſe: & hūc eē mūdū eāq; cām mundi fuiſſe facien
di. Nō ut cōderent̃ bona (ut plato ratus ē) ſed ut mala cohiberēt̃. Origenes uir [Origenes]
ꝑfecto ī eccleſiaſticis lr̄is ꝑitiſſimus ī hac ipia opiatiōe culpat̃: ꝙ ī libris quos peri
archō appellat. i. de pricipiis tenuerit docuerit & poſteris legēda reliꝗrit. Sed pluſ∕
ꝗ dici pōt miror hoīem eruditiſſimū & ī diuinis lr̄is oppido exercitatū non attēdiſ
ſe: ꝗ hoc ſcripture moyſi eēt cōtrariū quæ enumeratis diuinis oꝑatiōibus ſingulis
adiecit. Vidit deus ꝙ eſſet bonū cōpletiſq; oībus ad uniuerſi decorē faciētibꝰ: con
cluſit & uidit deus cūcta quæ fecerat & erāt ualde bōa. nullā aliā cām mūdi facien
di itelligi uolēs: niſi ut a bono bona cōderent̃. Proſequi mūdi ornatū operoſum [De ornatu]
non erit tum maxime cū in eo exitu uertat̃ ut oſtendā oēs cœli pulchritudies ter [mundi]
rarum utilitates. Aquarū irrogatiōes aeris ignis neceſſitatē: ꝑꝑ hoīs famulatū con
dita hæc oīa a ſūmo rerū opifice fuiſſe. cuiꝰ hoīs cū duæ ꝑtes ſint. Altera cuiꝰ origo

e terra ideo terrẽa. Altera e celo ideo celeſtis appellat᷑: quæ ſicut cœlũ terris emicet ita aĩa rationalis corpori. Sic oĩa ſeruitura ſunt corpori: ut ſeſe aĩe imperio ſubdat atq; ſubmittat. Reddeo unde digreſſus ſũ & ĩ exequẽda mũdi pulchritudĩe q̃ ab Ambroſio antiſte excerpſi pauca his cõmentariis indidi. Voluptatis igit᷑ gr̃a potius q̃ neceſſitatis paulũ ĩmorabor. Omniũ rerũ ſator e nihilo cuncta in exordio ꝑduxit & primo ut moyſes tradidit cœlorũ globos miro atq; indicibili ornatu cõtextos quibus duos mũdi polos infixit: ſupra quos mũdi molis rotaret᷑ ueluti ſupra cardĩes quoſdã uerũ ne lucis beneficio careremus: ſolẽ & queq; fulgẽtia aſtra in celo collocauit quorũ ope & patrocinio fiunt generatiões & corruptiões eorũ quoq; curſu nõ ſolũ diei ac noctis ſed animarũ & temporũ diſcretionẽ tenemus. Principia eni diei noctis exitum claudũt. Septẽ quoq; globi qui firmamento ſubiecti ſunt: contrario q̃ cœlũ uertunt᷑ motu. Tanta ſi quidẽ eſt cœli celeritas: ut ſecum trahant᷑ ab ortu in occaſũ omnes erraticæ ſtellæ diurna conuerſione: quæ ꝓprio agitatu dum mouent᷑: armoniã ſuauiſſimumq; concentũ ex temꝑatione motus cœli ſtellarumq; teſtimonio multorum cõficiunt: Q uoniã ſciſſus aer tam artifici motu & acuta cũ grauib9 tẽperato ita uarios equaliter cõcẽtus efficit: ut oẽm ſupgrediatur muſici carminis ſuauitatem. Et ſi quiſpiã ſenſu auditus probari ex peteret queãdmodũ creditu difficile eſt ad aures nr̃as non ꝑuenire. Cum & leuis aure ſtridor & arborũ fragor ꝑueniat. Cométa reſpondere nõ ualentes adinuenerunt. Refferũt obſurduiſſe aures nr̃as & hebetiorem nobis ſenſũ audiẽdi factum. Propter illã a principio nr̃æ generationis concepti ſonitus conſuetudinẽ & afferunt exẽplo eo ꝙ nilus fluuiorũ maximus eo uidelicet loco ubi ſe ex altiſſimis mõtibus in cattaduppã illã ſe precipitat magnitudĩe fragoris ſui aures accolarum obſtruat: ut audiẽdi munere carere dicant᷑. Cõponunt ꝑterea aliud figmentũ: ideo ſonũ hunc non ꝑuenire ad terras ne capti hoĩes ꝑſuauitatem eius atq; dulcedinẽ quã cellerrimus ille cœlorũ efficit motus ab oriẽtalibus partibus uſq; in occaſũ ꝓ ... negocia atq; opa derelinquerent: & oĩa hic occioſa remanerẽt quodã hũane ad celeſtes ſonos mentis exceſſu. Hæc ſatis inanis fictio & plurimũ a ueritate aliena. Terra quæ ĩmerſa erat aquarũ in gurgitibus diuĩo iuſſu apparuit arrida: ut uiuentibus cunctis aĩantibus Alimoniã preſtaret. De terræ quoq; uel qualitate uel poſitione tractatũ facere ſupuacaneum cenſeo. Q uid eni opus ẽ ꝑcontari: utrum in aere pẽdeat terra an ſup aquã: ut inde naſcat᷑ controuerſia: Q uomodo. ſ. aeris natura cũ ſit mollior: molẽ poſſit ſubſtentare terrenã: Aut quomõ ſi ſup aq̃s nõ ↄ̃mergat᷑ in aquã: Aut quomõ ei maris unda nõ cedat & in latera eius ſeſe loco ſuo mota diffũdat. Multi excellẽtis ĩgenii uiri tãtæ difficultatis cãm reddere uolentes dixere ĩ medio aeris terrã eẽ & mole ſua ĩmobilẽ manere ꝙ equali motu hic atq; inde ex omni parte propẽdeat. Q uibuſdam autẽ hoc admirantibus & cupientibus tantæ rei ſolutionem dare duobus mundi polis artico ſcilicet & antartico uiſum eſt tribui debere. Q uoniam ſicut loco & poſitione ſic uirtute & influentia aduerſari ſolẽt. Alter deorſum deprimere molem terræ obnixæ nititur: Alter econtrario impulſu & aduerſa uirtute ſubſtentat: & cum ex equo pugnent tantum in altum porrigitur: quantum deorſum impulſa & agitata fuerat. Q uare terra proprio quodã iure mediũ mundi ſibi uẽdicat ymo ipſa eſt mũdi mediũ ut ſobrie loquar: Q uidã aſtrologie diſciplinis nõ parũ dediti aliã cãm dedere: nõ ꝓrſus ab iſtituto

alienã. Nã ut inquiunt ꝓbe centrum terræ eſt ẽt cœli centrũ & quæcunq; ex elemẽtis mixta aut conglutinata ſunt: naturæ impulſu agitantur ſm qualitatis prædominium. Nam leuia quia materiæ parum habent & multum formæ: feruntur ſurſum econtrario: grauia deorſũ niti coguntur: & indita quadam appetitione: ut eorum tueant̃ naturas ac a corruptione ſaluent propria loca quadam uiolẽtia expetere uident̃. Itaq; ſi terra nõ eſſet mediũ & imobile: moueret̃ aliq̃do. Igitur ad aliquẽ locũ extrinſecũ ipſi mobili mouere neceſſe ẽ. Carentia.n.loci: mouet mobile ad formã. Nã habitibus exiſtẽtibus i materia ceſſat motus: ut oĩs phia edocet. Et cũ terra & ponderoſa quæq; nullũ naturæ eorũ ſaluatiuũ præter centrũ locũ habeant. igit̃ ſi terra moueret̃: extra locũ ſuũ moueri opus eẽt: talis autẽ oĩs eſt uiolentus motus: qui maxime alienus eẽ debet. Relinquit̃ ut ſit mediũ mũdi oĩo imobilis & fixa ſp eo loco manẽs: nullis agitata turbinibus. Expeditius lõge & melius hanc ambiguitatẽ diuinæ litteræ terminarũt: quæ diuiæ poteſtati pleniſſimis facibus attribuũt. Volũtate igit̃ dei & arrida apparuit terra & imobilis manet. Nõ ergo fũdamẽtis ſuis nixa ſubſiſtit. Nec fulcris ſuis ſtabilis pſeuerat. Sed uniuerſorũ dñs ſtatuit eam & firmamento uolũtatis ſuæ cõtinet. quoniã i manu eius oẽs fines terræ. Mox de germinatiõe ut accepit editũ: ipſa parturiẽs nouos ſe fudit i partus. Induit ſe terra amictũ uiriditatis fecũditatiſq; gratiã aſſumpſit diuerſis cõpta germinibus: ꝓprios ſuſcepit ornatus. Indidit ſũmus ille oĩum ſator ſingulis e t[er]ra naſcẽtibus: aut ſemen: aut uirtutẽ aliquã ſeminariã: ut quod naſcit̃ ex ea ſimile eorũ quæ ſata ſũt: uel quorum de radice ſit germinet. Mirabilis deus nõ ſolũ i maximis: ſed ẽt minutiſſimis qbuſq; rebus. Putris gleba granũ tritici ſuſcipit & ſparſim cohibet ocatio: ac uelut mr̃no terra gremio fouet & cõprimit. Inde cũ granu illud reſſoluerit. herbã generat gratã. Ipſa iã ſpecies herbeſcẽtis uiriditatis: quæ ſtatim genus ſatiui ſimilitudinem ſui prodit: ut in ipſo ſuæ ſtirpis exordio. Cuius generis herba ſit recognoſcas: atque in herbis fructus appareant: paulatimque adoleſcit: ut fenum culmoque pubeſcens errigitur & adſurgit. Aſt ubi ſe genicul[a] iam ſpica ſubſtulerit uaginæ quædam futuræ frugi præparantur: in quibus granum formatur interius: ne tenera eius primordia: aut frigus ledat: aut ſolis eſtus exurat: aut uentorum inclementia: uel imbrium uis ſeua decutiat. Succedunt quædã ſpicæ mirabili arte formatæ: uel ad ſpeciẽ gratæ: uel ad tutamẽ nexu quodã inter ſe naturalis colligationis aſtrictæ quam prouidentia diuina formauit. Et ne frugis numeroſioris pondere quodam cedant: futura culmorum uaginis quibuſdam ipſa culmis includitur: ut geminatis uiribus frugem poſſint multiplicem ſuſtinere: ne impar oneri curuetur in terrã. tum ſupra ipſam ſpicam uallum ſtruitur ariſtarum: ut quaſi quadam in arte pretendant: ne minutarum auium morſibus ſpica ſuis exuatur fructibus: aut ueſtigiis proterratur: Fœneratum terra reſtituit quod acceperat & uſurarum cumulo multiplicatum reddit decuplum. Quis digne explicare poſſet naturæ offitium in tuendis conſeruandiſque rebus ne depeant: aut quis poſſet ſpecies agri pleni & luxuriantis expromere. Qui odor: quæ ſuauitas: quæ uoluptas agricolarum: Satis Cicero noſter exploratum fecit. eo i libro quem de ſenectute inſcripſit: ubi cæteris corporis uoluptatibus agriculturæ oblectamenta antepoſuit. Fruſtra recenſebo purpuraſcentes uiolas: candida lilia: Rutilantes roſas: redolentem ambroſiam: depicta rura: nunc aureis: nunc

Diuiæ lr̃e

Mirabilis deus non ſolũ maximis ſed ẽt minutiſſimis qbuſq; rebus

luteis: Nunc albeſcentibus floribus: in quibus neſcias utrum ſpecies amplius florum an uis odora delectet: Paſcuntur oculi grato ſpectaculo. longe lateque odor ſpargitur: cuius ſuauitate complentur omnes. Quis eni artifex alius a deo poſſet tantam rerum ſingularum exprimere uenuſtatem? Quid enumerem herbarum ſalubres ſucos: Quid iurgultorum ac foliorum diuerſa remedia. Quanti fontes fluuii lacus irrigent terras facile quiſque compræhēdit. Nilus effuſo egyptum ſtagnans flumine. & cum arua pluuiarum imbriumq; neſciant beneficium eius mūdatione fecundantur recreanturq;. Hiſter de occidentalibus partibus fluens piſcationum barbaris affert ſolatia. Rhenus de iugo alpium uſq; in occeani profunda curſus ſuos dirrigens: eius munere gaudet germania tota. Iamdudum romani memorandus aduerſum feras gentes murus fuit. Eridanus maritimorum commeatuum ytalicis ſubſidiis inuector patriam noſtram diuiciis & opibus ditat.

Fontes & fluuii

Prolixum admodum eſſet ſingulorum proſequi nomina fluuiorum: qui uel noſtrum iliricum ingrediuntur mare: uel qui ex ianiuntur occeano. Sed quid maris comoda enarrare prætermitat: cuius patrocinio iclitæ urbes & potentiſſima condam regna floruerunt? Mare igitur bonū: quia terras neceſſario ſuffulcit hūore: quibus per uenas quaſdam occulte ſucum quēdam haud inutilem ſubminiſtrat.

Maris comoda

Deſcriptio maris

Rurſum mare ē fluuiorum hoſpitium fons imbrium deriuatio aluuiorum inuectio commeantium quo ſibi diſtantes populi copulantur: quo præliorum remouentur pericula: quo barbaricus furor clauditur. Subſidium in neceſſitatibus: in periculis reffugium: gratia in uoluptatibus. Salubritas ualitudinis: ſeparatorū cōiunctio: itineris compendium: refugium laborātium: uectigaliū ſubſidium: ſterilitatis alimentum. Ex hoc pluuia in terras transfunditur. ſi quidem de mari aquæ radiis ſolis hauritˀ: & q̄d ſubtile eius eſt: ꝛapitˀ. deinde q̄to altius elleuatˀ. tanto magis etiā nubiū obumbratione frigeſcit. & fit imber qui non ſolū terrenā tempat ſiccitatē: ſed etiā ieiuna arua fecundat. Quis ignorat q̄tis fulgeat ornamētis? Numeret ſi quis pōt piſciū genera. Sepias: Polipos: Charabos: Cācros: Cōchas & huiuſmōi cōchilia: teſtudies: anguillas: mureas: delphinos: canes: uituloſq; marios: cete grādia. Quid maris iſulas enumero. i quibus hi q ſe abdicāt itempantiæ ſecularis illecebris fido cōtinentiæ ꝓpoſito eligūt mundū latere. & uitæ huius declinare dubios anfractus. Arborū quoq; genera hoibus eē uſui qs ambigit. Abies nō cōtēta ſuis radicib9 atq; aereo uertice ēt caſus marinos tuto ſubitura remigio: nec ſolū uentis: ſed ēt fluctibus certatura proceſſit. Cedrus ſuſpendēda tectorū culminibus apta. eo q, materies & ꝓcera ſit ſpaciis: nec oneroſa parietib9. Laurus adſurgēs odorē ſuū effudit. nunq̄ ſuo exuenda uelamie: cuius ꝑrogatiua grādis apd maiores nr̄os ſp extitit. Nam poetæ & impatores de uictis ſubactiſq; hoſtibus lauro ſemp uirente coronabantur. Phyſici enim huius dumtaxat arboris naturam eam eſſe ſcriptum reliquerunt: ut inter cæteras plantas ſola a fulminibus nō lædatur. ac ſic ſemper obſeruatum fuiſſe dicunt: ut omni quidē tempore illæſa inuiolataq; permanſerit: tum etiam quia ueteres parnaſſum montē appollini dicatum lauribus: utpote muſis pergratiſſimis arboribus: undiq; affluere prodiderunt. Idcirco poetas pyeridum alumnos: ciuiliori (ut ita dixerim) mortalium uita laureis coronari cœptos ac poſtea ſemper ſcenarum noſtra quidem ſententia non iniuria arbitramur. Huic arbori: ſemp i proſequendis honoribus hedera conſanguinea

Quomōl imber generatur

Piſciū genera

Arborum genera

Prerogatiua lauri

ſuit. Ipſa quippe a priſcis illis tãtopere colebatur: ut Alexander rex macedonum ob rerũ a ſe geſtarũ magnitudinẽ cognomento magnus deuictis indis exercitũ: ſuum uictorẽ inſtare liberi patris: quẽ indi ꝓ deo colebãt: huiuſmõi frondibus coronatũ traduxerit. Cũ tamen pſica corona in honorẽ pſi actaui ſui antea uteret. Vetuſtiſſimos etiã poetas hedera ſeu quaſi quodã mẽtis furore pcitos bacharent ac fauniis ſatiriſq; ſinitimi haberent: ſeu ꝙ eorũ carmina eternitatẽ mererentur. Huiuſmodi ſemp uirentibus frondibus coronari ſolitos ab idoneis ſcriptoribus ſcriptũ fuiſſe legimus. De palmarum arboribus ab Ariſtotile & Plutarcho rem admodũ creditu difficilẽ ſcriptũ compimus: ut q̃q̃ magnis põderibus ſupimpoſitis ꝑmereatur: nõq̃ tamẽ cedere uiderent: Vnde ppea ueteribus placuiſſe tradiderunt ut palma certũ quoddã uictorie ſignũ ab oibus haberet. Quid opus eſt terras ꝓuincias regna luſtrare: ut enumerẽ quãta ſit arborũ uarietas: q̃ diuerſis i ſingulis & pulcher ornatus: q̃ patule fagi: q̃ ꝓcere abieres: q̃ comãtes pinus: q̃ umbroſi ilices: q̃ nemoroſa & rediuiua caſtanea: q̃ delectabilis uitis ulmis aſſotiata: Cuius florẽtis odore nihil gratius. harũ ſi quidẽ arborũ: Alii fructus ſũt q coquũtur a ſole: Alii q teſtis aut corticibus clauſi cõplent. Mala & pira & poma uuarũ quoq; genera oĩa nuda obiecta ſũt ſoli. Nuces ãt & nuchee nuchei quoq; fructus & teſta optus & cortice calore ſolis ẽ nutritus: & quãta pieæ dẽſitate nucleus abſcõdit: deniq; quãta ẽ diuiæ ꝓuidẽtiæ bẽignitas: ut ubi mollior fructus ibi folii craſſitudo ualidius tegmentũ deferat pomo. qđ in fructu ficulneæ uidemus dellicatiora quippe ualidioribus muniẽda ſũt. Quis tãta hũanarũ diuinarũq; rerũ ſciẽtia ꝑditus poſſit cõprehendere uarietatẽ ſpeciẽ gratiãq; pomorũ & aliorũ fructuũ uenuſtatẽ atq; decorẽ. Itẽ eorumdẽ ſuauitatẽ. & dulcorẽ ſingulorũ quoq; utilitatem fructuum ſucorumq; proprietatem. Quid foliorũ deſcribã uenuſtatẽ? Et queadmodum alia rotunda alia longiora: alia flexibilia: alia rigidiora ſint: alia nullis facile uentis labentia: alia quæ leui motu decutiant aurarũ. Exquirere eni ſingularum rerũ proprietatem ac ipſarũ diuerſitatẽ operoſum apprime eẽt. Quoniã me arborũ multitudo paulum detinuerat. Et pene cũ auibus ipſis ſermo auium euolaſſet: niſi luſciue ſuauiſſimus gratiſſimuſq; cãtus ad ipſarũ naturã perſcrutandã ipuliſſet. Redeo igit iſtar obliuioſi uiatoris ad auiũ ſermonẽ. Vnum nomẽ auium ẽ: ſed genera diuerſa: quæ qs poſſit: aut memoria: aut cogitatione cõplecti nõ capio. Niſi forte ad nos pytagoras rediret: q ſolus id mẽoria acri tenebat: qđ ceteri ignorabant ſcilicet in priori uita euforbiũ fuiſſe. Accedunt Cygnorum merularum phylomenarumq; ſuauiſſimi cantus. Vnde mihi uoces pſitaci dulcedineq; cãtilenæ quibus ẽt paludes ſonore cantus edunt dulciſſimi ſuauitatem. Solent enim de ſomno dormientem excirare ſignificantes diei ſurgentis exortum & effuſiorem diluculo deferre letitiam. Et ſi harum deeſt ſuauitas. ſunt gementes turturæ & raucæ columbæ. Adeſt etiam cornix plẽa uoce: quæ ruralium augurio pluuiam uocat. Sunt præterea Aues quæ carne ueſcuntur: Sunt & aliæ quæ repeꝛto paſcuntur ſemine. Aliæ diuerſo fortuitu cibo. Eſt rurſus & in his copularum diuerſitas. quarũ gratia carent aliquæ: quæ pſertim rapinis intendũt. Non ꝓpter auiditatẽ ꝑdandi. uel pp iſidias explorãdi. Nec ipſis iter ſe cõuenit. & ideo declinant ſui copulam. His auibus nihil eſt copulatoriũ pter iugale cõſortiũ. Econtra uero palũbes grues ſturni turdi cornices ↄnexiõe plurimorũ gaudẽt. Alia auiũ

Ariſtotiles Plutarchus

De auibus ſermo

ſunt genera: quæ eiſdē in locis ſemp manēt. Alia aduēticia: quæ obeūt regiones alias: & pacta hieme reuertūt. Sūt rurſus & aues alię: quæ hieme redeūt. eſtate pegrināt a nobis ſiue ꝙ hiberno tpe ad calidiora loca ſe cōferāt: ſiue ꝙ pleraq; rurſus eſtate ī his locis exigāt q̄ repire nequirēt: quib9 nos ī hoſpitali ímāitate molimur īſidias & diuerſo generē: Nūc īſida ſede aucupari: Nūc téaci uiſco fallere: Nūc laqueis eos captarē cōtēdimus. Aues itē nō nullę ad manū ſe ſubiciūt & menſe adſueſcūt: tactuq; mulcēt: Aliæ reformidāt. Alię hiſdē qb9 hoies domiciliis delectātur. Alię ſecretā ī diſertis uitā diligūt: quæ requirēdi ſibi uictus difficultatē libertatis āore cōpēſāt. Alię uocib9 tm̄ ſtrepūt. Alię cāere delectant ſuauiq; modulamīe: quedā ex natura: Alie ex īſtitutiōe diuerſarū uocū obloquūt, ut hoiem putes locutū cū locuta ſit auis. Nō mior ī quadrupedibus q̄ ī auib9 diuerſitas cōpit. Sūt animalia quedam rapaciſſima: ut leōes: pardi: urſi lupi. Alia mitia: ut canes equi boues aſini. Alia per deſerta uagantur. Alia abſq; hoīs conſortio: nec uitam tueri poſſent. Alia herbas & frondes paſtionis gr̄a querunt. Alia carnibus ueſcuntur animalium. Alia per collum aratra ducere conſueuerunt & uomere terram aperire. Alia pernicibus greſſibus homines uehunt. Alia oneribus per comoda: Alia humanę uitę utilia. Obmitto elephantes camelos onagros liceos equos boues ceruos: quorū multitudo tanta eſt: ut ſi ſingulorum uirtutes naturas genera ediſſere uellem: neque modum: neque finem inueniret oratio. Mirabilis itaque deus in maximis quas condidit rebus: mirabilis ēt & ī minimis. Non enim minus plana camporum q̄ montium alta cacumina miramur: Nec plus altitudiem cedri q̄ tortuoſe uitis: aut olee breuis fecunditatē ſtupemus. Ita non amplius miror elefantem quia procerus eſt q̄ murem elefanto teribiliorē. Leo ferarū omniū ferociſſimus exiguo ſcorpionis aculeo exagitatur: & ſerpentis ueneno occiditur. Nihil eſt enim in hoc mundo tā firmū: cui periculum ēt nō ſit ab inualido. Naturę igitur hęc potentia eſt ut terribilia aliis. aliis meticuloſa ſint. O imperſcrutabilis diuini conſilii altitudo. Quis tanto ingenii acumine preditus poſſet non dico enumerare: ſed mente complecti diuini artificis opum immenſitatem. Quæ oia idcirco creata ſunt ut humane uite ſint uſui: Nihil robuſtius elefantis natura. nihil ferocius leone. Nihil inclementius tigride: Et hęc ſeruiunt homini: & naturā ſuam humana inſtitutione deponunt: obliuiſcuntur qd' nata ſunt: & induūt qd' iubentur. Quid opus eſt uerbis: docentur ut paruuli: Seruiunt ut infirmi uerberantur ut timidi: Coriguntur ut ſubditi: in mores hominum tranſeunt qm̄ motus proprios perdiderunt. Quamobrem tantarum rerum & ordo & immenſitas hominis ſtatum atque excellentiā portendūt: Cetera quidē hoīs gratia facta ſunt quo ex eo facile intelligi poteſt: ꝙ finis fuit omniū diuinorum operum: ipſe uero diuinum quoddam animal & dicitur & predicatur: Sicut ergo mundum non ppſe deus fecit quia commodis eius non eget: ſed propter hominem qui eo utitur: Ita ipſum hominem fecit propter ſe tanq̄ diuini templi antiſtem rerum operumque celeſtium ſpectatorem. Solus eſt enim qui ſentiens capaxque rationis intelligere deum: qui opera eius ingentia: tam uaria tam mirifica admirari uirtutem poteſtatemque dei proſpicere poſſit. Igitur mente prudentia conſilio ſapīa preditus eſt. Solus etiam ſermonem ac linguam cogitationis īterpretem accepit: ut domini ſui ſingularem maieſtatem & omnem celi terræque ornatū enarrare poſ-

ſit.Hæc eſt.n.ueritatis ſumma.Hic cardo rerum eſt:quē qui nō tenuerit: ueritas
illi oīs elabit̄.Q uæ utilitas deo īquit epicurus ut hoīem pp ſe faceret:ſcilicet ut eſ
ſet q opera eius intelligeret:q ſenſu ad mirari q uoce ꝓloqui poſſet:Q uis.n.eſt tā
ineptus uel tam ocioſus:ut agrediat̄ aliqd fruſtra ex quo nullā utilitatē nullū co/
modū ſperaret.Q ui ſplendidiſſimas edes cōſtruit nō idcirco hedificat ut uacet ab
offitio:ſed ut in ea poſſit habitari.Q ui arua colit nō iō colit:ut iā ſata annona pu/
treſcat: ſed ut ea utat̄.Q ui cimbam fabricat nō ideo inſunt opera ut tantum na/
uis appareat:ſed ut in ea nauigetur:Q ui uxorem ducit non idcirco eam ducit:ut
præciſe oblectetur:ſed ut ex ea ſoboles habeatur.Similiter cætera quæcunque fi/
unt:non utique in ſuperuacuum:ſed ad uſus aliquos utiles laborantur.Mundus
igitur a deo factus eſt(teſte Platone & Cicerone pluribuſque locis)non utiq; pro
pter ipſum mundum.Neque enim aut calore ſolis:aut lunæ:aut aſpiratione uen/
torum:aut humore imbrium:aut alimonia frugum cum ſenſu careat idiget. Ani/
mantium igitur cauſa eſt mundus conſtructus. Rurſus cæteras animantes ho/
minis gratia eſſe factas:ex eo perſpicuum eſt:ꝙ homini ſeruiunt: & tutelæ eius at
que uſibus data ſunt:quoniam ſiue terrenæ ſiue aquatiles ſint:hominis imperio
paruiſſent:hominiſque morem geſiſſent niſi primorum parentum culpa extitiſ/
ſet. Propterea ex omnibus animantibus ita formatus eſt ut oculi eius ad cœlum
erecti:facie ad deum ſpectās: &quaſi porrecta manu alleuatum uidetur ex humo
ad contemplationem ſui.Decens utique fuit:ut ſicut hominem ſtatu atque figu/
ra fecerat excellentiorem.Ita & rationali mente qua a cæteris terræ animantibus
diſcretum formauerat:optimo iure anteponeret. Q uæ propterea a multis ſæpe
numero paruipenditur:quoniam eius ſubſtantia origo effectus ignoratur:& ſi ex
corporis agitatione eam eſſe conſtaret:quid tamen: qualis ſit: certiſſima ratione
minime probari poteſt.Ego uero falſas atque ſacrilegas opinationes abhorrens:
qui ſenſibilibus tantum allucinati id duntaxat credunt:quod ſenſu perceperunt:
& cum animæ rationalis natura ſenſibus non ſubiaceat:& ad hanc niſi mente fide
informata attingat nemo:putant animam nihil eſſe.Q uod q̄ remotum ſit a uero
omnium fere conſenſu palam eſt.Idcirco indignum admodum cēſui: deprauatis
atq; cæcis hominum mentibus non oſtendere eam hominis partem eſſe:qua cele
ſte atque diuinum templum dicitur & ſi eam quæ brutis omnibus cōmunis ē ſub
ſtantia cognoſcimus:q̄obrem & id per quod ab illis diſtinguimur ignorabimus:
Q uomodo enim iam ſe uel deum poterit diligere:ſi id qđ in ſe melius eſt conuin/
citur ignorare.Q uomodo deum mente concipiet:ſi ſe ea carere putauerit: omni
um &enim creaturarum corpore homo eſt imbecillior:ſola anima in qua ſui pa/
rentis ſimilitudinem expreſſius:clariuſque q̄ brutis relucet: emiet . Q uapropter
humi procumbens deum ſupplex ex coro:idipſumque obſecro: ut mihi eum luci
diſſimum atque ſplendidiſſimum fontem aperiat:Cuius libamine cœlorum glo/
bi & ſydera quæq; patebunt:eiuſce rei cum Iohannes deguſtaſſet cecinit. In prin
cipio erat uerbum:& uerbum erat apud deum:& deus erat uerbum. Paulus ra/ Iohannes
ptus ſupra omnium cœlorum faſtigia:uerba non humanis ſenſibus accipienda ſe Paulus
ſe audiuiſſe profeſſus eſt.Itaq; ipſo comite:cuius ducatu atq; auſpiciis ueram pi/
amq; religionem colimus:quātum in me facultatis erit:neruis omnibus rem in/
cœptam nauare ſtudebo:Tanti eſt deus immortalis anima ipſa: ut eius cogitatu

ſtupeat animus: tremant manus: rigeant omnes corporis attus: & omnis mea laus rubigo appellabitur: miſſa igitur iſta faciamus. Ad operis partitionem deuenio.

Diuiſio totius libri — In primo libro de quidditate animæ. In ſecondo de eius immortalitate. In tertio de eius cruciatu. In quarto de eius fœlicitate aget. Hæc quiſpiam putet me propriis argumentationibus: aut auctoritate initi uelle: ſed ea ſolum quæ copioſe atq; digeſte a priſcis promiſcue dicta ſunt: ut lectoribus frugi ſit: refricare conabor in hac itaq; re q̃tum mihi ocii & facultatis pro modulo natura ſuppeditabit: tantum ueritatis animæ cognoſcendæ accenſus moliri propemodum enitar rem uulgo abditam: in propatulo fieri & eſſe.

Declarans naturã aiæ rõnalis ſecundũ opinationẽ antiquorũ. Capi. i.

QVi rationalibus diſciplinis non mediocrem dant operam: ne fruſtra contendere uideãtur: aut de ſolis nominibus diſſidere: multiplicem aut nominum: aut rerum ſignificationem deſcribunt. Sic Seruius in commentariis enæidorum. Sic porphirius in ĩtroductionibus ſuis. Sic phyloſophi omnes in ſuis libris. Ita mihi faciundum arbitror ne equiuoca animæ ſignificatio ab inſtituto depellat. Anima igitur primo eſt oris alitus: & odor teſte poeta georgicorum. ii. animas & olentia medi: ora fouent illo & ſeminibus medicãtur hanelis. Item Turtinus in fulonibus: interea fetida anima naſum oppugnat. Item Plautus in aſinaria: an fetet anima tuæ uxori. Idem in mercatore: ieiunitatis plenus: animam fetidat. Item cecilius. Quæ mihi ubi domum aduenias ſedi extemplo: animum dat ieiuna anima. Anima rurſum aqua. Plautus ĩ amphitrione: ni ego illi puteo ſi occepſo animam omnem intertraxero: Anima iterum eſt ſonus uarro ĩ annalibus. Frigios per oſſa coruus liquida canit. Anima etiam eſt uentus: quã græci ſignificationem acceptant. Teſte latantio de opiſitio hominis & ſic poeta uſus fuit. viii. æneydorum: quãtum ignes animæque ualent. Plautus in aulularia nequid animæ emittat dormiens. Anima etiam pro iracundo & furioſo accipitur: Vnde & animoſi iracundi appellantur. Plautus in amphitrione animam cõprime. Actius in menalipo ut nunc cum aĩatus iero ſatis armatus ſum. Item neuius ĩ fulonibus: ſereatis nihil eſt piculi dabo tibi uirũ ualidũ uirum aĩoſum. Et. M. T. de. R. P. libro primo non probares conſilio pulſo libidines: quæ ſunt innumerabiles iracũde q̃ tenerent oĩa ego nihil iſto aĩato homine miſerius ducerem. Poeta etiam in. xi. pone animas: & pulſus abi. Hec uariæ aĩæ ſignificationes longe ab inſtituto alienæ ſunt. Anima poſtremo eſt ſpiritus quo uiuimus. Et ſentimus & ſecundum locum mouemur ex ſecũdo de anima. Poeta ẽt georgicorũ quarto. Animaſq; ĩ uulnere ponunt. Et ſecundũ hãc animæ ſignificationem eius naturã ꝓ meo captu ĩueſtigare curabo: eo pacto: ut priſcos illos phyloſophiæ patres ac duces ĩ prima acie collocatos eorũ de aĩa ſñias audiamus. De ipſa equidẽ multis celeberrimis uiris oportunũ uiſũ ẽ q̃ ab Ariſtotile lõge abunde dicta ſũt: breui q̃dã narratiõe ĩ unũ cõgerere atq; enucleaꝛ ueterũ patrum ſñias de promere. Verũ cũ nihil uerũ: nihil catholicũ afferant: repudiãde forent. Sed quia aĩaduerto: nec fruſtra Ariſtotilẽ ĩ oĩbus fere ſuis ſermõibus tẽptaſſe eorũ ſæpenũero ridiculoſa nõnũq̃ ſobria dicta ĩſerere: ut tãdẽ ex multis uariiſq; hoĩum diſſidẽtium opinatiõib9 uerã ĩtegrãq; ſñiam cõperiret: ſic mihi ĩ oĩb9 emulãdũ ĩſtitui: ut tãdẽ his abiectis uere fidei rudimẽta ponãus. Macrobiũ: Albertũ: Bartholameũ d̃ ꝓ

Seruius
Porphirius
Aiæ equiuacatio
Poeta
Turtius
Plautus
Cecilus

Poeta

prietatibus rerũ paululũ dormiẽtes quiſcere ſinamus. Et aduendat yſraelita phũs audiendus eſt. Is in ſermonibus de aia quos ex arabico trãſtulit in latinũ iohãni erchiepiſcopo tholetanæ ſedis & hiſpaniarũ primati: in parte prima capitulo. ii. inquit. Scimus igitᷣ ꝙ antiqui diſſenſerunt ĩ cõſideratione aiæ: quia ĩ uia pueniendi ad eam diſſenſerũt. Quidam enim illorũ cõtenderũt cõphendere ſciam aiæ p motum. quidã autẽ p intellectũ ſeu apphenſionẽ. Quidam autẽ eorũ p utrũq;. Quidã autẽ eorum p uiam indifferentẽ ſimplicitatis. Primi oĩum qui p motũ naturã aiæ inueſtigare adorti ſunt: uiderũt ꝙ non uenit ſcientia de aia (eorũ arbitratu) niſi ex motu. & ꝙ motor primus inſtrumẽtalis inſtrumenta habet accomoda admouendũ membra muſculos & neruos: & enĩ q̃d mouetur ex ſe ipſo: impſſe ẽ moueri: Vnde poſuerunt aiam ĩmortalẽ. Et huius erroris cauſam adiuenerunt: ꝙ pp hoc corpora cæleſtia nõ corrumpunᷣ: cuius rei cauſa ẽ ppetuitas ſui motus. Ex his cõcludit aiam mobilẽ ex ſe ipſa. Quidã aũt ex eis negauit aiam eẽ corpꝰ ſed poſuit eã ſubſtãtiã ĩcorporeã mobilẽ ex ſe ipſa. Alii uero poſuerũt eã eẽ corpꝰ mobile ex ſe ipſo. hic error dicearchũ ad ſe rapuit. Is aũt ĩ eo ſmone quẽ corinthi habitũ tribꝰ libris expõit doctorũ hominũ diſputationẽ. Prio libro multos loq̃ntes facit. duoꝰ ferᷣ Chratẽ q̃ndã phiotã ſenem: quẽ ait a deucaliõe ortũ diſſerẽtẽ. ĩducit nihil eſſe animũ. Et hoc ẽ nomẽ totũ ĩane. fruſtraq; aĩalia & aĩantes appellari: neq; enĩ ĩ hoĩe eẽ aĩam: uel animũ: nec ĩ beſtia: uiq; oẽm eã: q̃ uel agamꝰ: q̃d ue ſẽtiamꝰ ĩ oĩbus corpibus uiuis eq̃biliter eẽ fuſã nec ſepabilẽ eẽ a corpore. q̃ppe q̃ nulla ſit: niſi corpus unũ & ſimplex ita figuratũ: ut tempatiõe naturæ & uigeat & ſentiat.

& humores reliquos. Alios innumerabiles lucis effectus tam latentes q̃ mani
feſtos prætermitto ne ab inſtituto longius euagaſſe uidear: Nec aliorſum tanta de

luce perſtrinxi:niſi ut primam animæ diffinitionem exploratam redderem:quæ ſpiritualem mentis illuſtrationem tangebat.quam patefacere per corporalis lucis naturã oportuit:cuius ſubſtantiã & opatione ſatis ꝓ meo captu abõde docui.

Diffinitio ſecunda animæ rationalis.

ANima ut ſpiritus eſt diffinitur in libro de ſpiritu & anima ſic. Anima ẽ ſpiritus intellectualis:rationalis:ſemper mouens:ſemper in motu bonę malęque uoluntatis capax.hæc ille:nec ab re tam multas differentias ĩ unũ coaceruaſſe auctorem uelim credas. Non enim ſatis fuiſſet intellectualem dixiſſe:quoniam ſicut angeli naturę muneribus longe hominibus impares ſũt:ſic naturali intelligentia. Si quidem homo & Angelus ſunt intellectualis naturę: ſed alio & alio modo Angelus quippe nullius rei corporalis ad intelligentiam formandam patrocinio eget:quibus ſi careret homo minime intelligeret:omnis.n. humana cognitio a ſimilitudinibus rerum corporalibus pendet ut docet Ariſtotiles:propterea ut ab angelo hominem diſiungeret adiecit rationabilis:Nã ratiocinandi munus hominibus ſolum natura tributum eſt. Semper mouens: Tangit conditionem a deo preſtitamque continuam influentiam admouendum importat. Bonę malęque uoluntatis capax hanc ad liberi arbitrii poteſtatẽque: ut Magiſter in ſecundo commentariorum uolumine ait: Eſt facultas intellectus atq; uoluntatis. Alter etiam intelligi poteſt: ut duę primę differentię ad ipſius animę eſſe referantur: Tertia uero ad bene eſſe. Quæ uero ad eſſe attinent ſub duabus complecti differenciis oportet: ut prima ad eſſe proprium: Secunda ut influere poſſit: ſed poteſtate referatur: nec ſemper in motu dicit᷑: quaſi ſemper corpus moueat cum defecturum ſit aliquando: ſed ſi ſemper ſibi conuinctũ foret. ſemp utiq; moueret. Vacat enĩ a motu nõ ratione ſui: ſed corporis: cui ad tẽpus alligata erat.

Liberũ arbitrium

Diffinitio tertia animæ rationalis: & eſt caſſiodori.

CAſſiodorus qui uerius oibus hunc ſaxum reuoluere adortus eſt: talẽ de aĩa dedit diffinitionẽ. Eſt enĩ aĩa ĩquit ipſe ſubã ſpũalis a deo creata ꝓpria ſui corpis uiuificatrix. hæc ait. quia hereticorũ pnitioſũ dogma quod ſupius nr̃is armis ꝓpulſauimus: totã eccleſiã deuaſtare molliebat᷑. occurrimu ſiqdẽ cũ rõnibus & auctoritatibus: ut facultatẽ nobis ſuppeditauit natura. Cũ enim dixiſſet Moyſes deũ uitæ ſpiraculũ hominibus ĩſpiraſſe ducto ſupercilio rugata frõte: ſubintulit. Non de aliena ſubſtantia: queadmodum de aere nos ſpiramus. igitur de dei ſubſtantia ſpirauit. Et ex hac imbecilli argumentatione tãtum præſumpſerunt heretici. ut mortalium animas de ſubſtantia dei aſtruerent. Et ut hãc impiam atque ſacrilegam tolleret opinationem: dixit animam ſpiritualiter ſubſtantiam a deo creatam: quæ igitur creata ſunt: utiq; ex dei ſubſtantia non ſunt. Item propriæ ſubſtantiæ uiuificatrix. i. ſui corporis. Habet igitur homo aliquam ſubſtantiam a qua eſt corporis uita. Et per conſequens uita eſt animalis primus motus. Sed ſi percunctari libet quomodo uiuentium motus a non uiuẽtibus diſcernitur. Alexander reſpondet in ſecundo libro ſuorum commentariorum ꝙ motuſ naturæ uitali motui aduerſari uidetur. Naturali equidem motu. & grauia deorſũ & leuia ſurſum agitari uidentur. Secundum uero nutrimenti motum: graue ſurſum & leue deorſum agitur: ut exemplum affert planta. etiam animalia idem oſtẽdunt. Colera quippe cum ignis naturam ſapiat: deorſum tendit: rurſus naturali

Caſſiodorus

Alexãder.

motu ſurſum uel deorſum: Animal uero ante uel retro in dextrum uel ſiniſtrum
fertur.

### Diffinitio quarta animæ rationalis.

QVorundam fuit diffinitio: quam recenſere non pudet: ſcilicet ꝙ anima
eſt ſubſtantia ſpiritualis ſimplex & indiſſolubilis: icorporea: paſſibilis at
que mutabilis: hæc ait. Eius ſenſus ita uenari poteſt. Cum rationalis aia
in medio ſubſtantiarum omnium optimo iure collocata ſit: ſupra ſe habet natu-
ram longe preſtantiorem: ſcilicet angelorum. ifra brutorum & genera: & ſpecies.
Id circo in diffinitione animæ plures poſitæ fuerunt differētiæ: quibus anima diſ
iungitur ab omni alia re. Vt uero ipſa inferiores reſpicit ſubſtantias dicitur ſpiri-
tualis: ut ad ſuperiores conuertitur incorporea paſſibilis atque mutabilis appella
tur. eo. n. ipſo quo ſpiritualis a corporis mole: per ſimplicem a ſpirituali ſepatur.
Eſt enim in homine duplex ſpiritus: teſte philoſophia: ſcilicet naturalis ī cerebro
& uitalis in corde. Indiſſolubilem adiecit ut a uegetabili i plantis: ſenſibili in bru-
tis diſcretionem faceret. in quibus anima eſt ſubſtantia ſpiritualis ſimplex: ſed diſ
ſolabilis. icorporea ē & Angelo & hoī comunis dr̄a. Sed qd̄ i calce ſubiūctum fuit
ſcilicet paſſibile diſiungit unum ab altero. Nec officit: ſi dicas angelos malos etiā
pati poſſe: quoniam de paſſione illa in penam cedit damnatorum non eſt nobis
ſermo: ſed de illa quam patimur corpore. languente.

### Diffinitio quinta animæ rationalis.

NOn nulli phiæ diſciplinis ad modum intenti aīam: ut aīa & non ſpiritus
eſt diffiniunt. Verum cum aīa corpori quod informat & regit dupliciter
cōparetur: ſcilicet ut motor mobili & perfectio ſuo perfictibili. Prio mō a
Remigio ſic deſcribitur. Anima ē ſubſtātia icorporea regens corpus: hæc ille. Cū
enim naturæ primordiis homines munus iuſtitiæ originalis a deo datum accepiſ Remigii diffinitio
ſent: quo caro aduerſus ſpiritū: & ſpiritus aduerſus carnem certaturus non fuiſ-
ſet: ſed nec lex illa fomitis: aut membrorum aut concupiſcentiæ: quæ in primis
parentibus conſopita uacabat euigilaſſet ſi patres noſtri mancipati diuinis inſti-
tutis deo uniuerſi orbis cenſore & patre (ut par erat) obſecuti fuiſſēt: quibus uio
latis: atque rupto omni ſedere: quo ſe obnoxios diuæ maieſtati ſuæ dediderant: ī
preceps acti fuerunt: & uſque adeo ut deſtituti omni patrocinio a lubricis titilla
tionibus caris ipſis inuictis irritarentur. Igitur cum Remigius eiuſce rei corru
ptelam animaduerteret: uideretque locum rationis deperditum: quia potius car Remigius
ni imbecilli laxas habenas. Cogitabundus animo præmeditari cepit. quid anima
qualis ue: aut quod officium eius eēt. Et cū uidiſſet nō aliorſū hoī ſpm̄ eſſe datū:
niſi ad compeſcēdum illecebrarum uoluptatum noxios motus: idcirco eius ipio
carnem ſubegit. Ratus ut coniecto ꝙ ſicut onorarie gubernaculo in portum ꝓ
ſpere deducuntur: & uehiculum ab auriga & a freno equus regitur & gubernatur
pariter fit ut ab anima ratiōali corpus humanū ſubiugaret hic cardo diffinitiōis.

Verum duo nobis magnam ingerunt difficultatem. quorum principium eſt i-
corporeitas: quam diffinitiōi attribuimus: Cum enim ipſa ſoli deo competat: ad
modum dubitandum eſt cur rationali animæ aſcripſerit: ſed nodo collectum ſi
nū facillime explicabimus: penſata equiuocatione nominis. Corpus equidem di
citur quod eſt trina dimenſione: ideſt longitudīe: latitudīe: & ſoliditate cōphēſū:

quod neque imortali deo: neque angelicis ſpiritibus: neq; aiabus congruit. Caret quippe mole. Dicitur rurſus incorporeum quod eſt incircunſcriptum: & non ſolum exteſiõe molis: ſed & uirtutis. & hoc modo ſolus deus icorporeus appellatꝰ: .i. icircunſcriptus omnio: nullis terminis clauſus: ut oibus rebus pſens eē poſſit. Aia uero & ſi oibus corporis artubus pſens eē uideatur: tñ quia ut eſt in uno corpore: aut loco: i alio niſi ſucceſſione quadam eſſe non poteſt. Quod enim alicubi preſens eſt: totum alibi non eſt: ſic igitur anima loco circunſcribi dicitur quoniã ita eſt hic ꝙ non alibi. Diuina autem natura: quæ ubique preſens eſt omnio incircunſcripta appellatur.

Digreſſio declarans quid ſit eſſe in loco circunſcriptiue: Et quomodo anima exiſtens in aliqua corporis parte motum factum in corpore ſentit.

SAne ne uulgo icõſuetꝰ iſte modus loquendi ueritatem querenti offitiat: nec langorem ex ignoratione excitet: Ego qui admodũ lętarer rem hãc abditã & multos latẽtẽ in ꝓpatulo eſſe: ſtatui ꝓ uirili portione eam illuſtrare. Igitur uerborũ pompã & oratiõis ornatum oratoribus ipſis relinquamus: & rudi ac agreſti ſtilo rem inceptã ꝓſequamur. Aliquid eē i loco tripliciter dicitur apđ phos. Circũſcriptiue ꝓprie: & prio q̃ dẽ cũ ſolidis corpibus initiũ & mediũ & finẽ loci aſſignamus: ita ut ſm partitionẽ corpis aut augmẽtũ: aut minorationẽ locus: pariter diuidatur: uel creſcat uel diminuatꝰ: magno nẽpe corpori magnus locus maiori maior maxio: maximus debetur: Vnde circũſcribi nihil aliud eſt niſi uel loco uel tempore: uel comprehẽſione claudi. Alio modo: Aliq̃d eē i loco minus ꝓprie dicitur diffinitione. i. ꝙ aliud eſt ita hic: ꝙ nõ alibi. Spiritus q̃ppe a corpe diſſolutus: ita eſt i inferno: ꝙ nõ eſt i cœlo. Poſtremo & comuniter p preſentiam aliud eē in loco dicitur. Ex motu quidẽ & ſenſatiõe: quã obtutus noſter comprehendit cenſemus aiam illi corpori adeſſe. igitur cum ieffabiles diuinas opatiões iugiter nobis famulari cernamus: quas enumerare admodũ opoſum eſſet: oibus rebus adeſſe concludimus. Eſt igiꝰ deꝰ i loco: nõ circũſcriptiue ut corpora nõ diffinitiue ut ſpũs & aia: ſed maieſtatis ſuæ pſẽtia. Poſſet tamẽ ex aliquo accidenti aiam eē circũſcriptiue i loco: nõ ratiõe ſui: Cũ oi mole oio careat: ſed ſui corporis cui cõiũgitur: ſicut ſeſſor uel uectus admotũ iumẽti uel uehiculi agitatur nõ quidem p ſe: ſed ad alterius motionẽ. Supereſt aliud illuſtrandũ nõ minori hercle admiratione dignum: quod abonde aperiam.

Tripliciter aliquid dicitur eſſe i loco

Circũſcribi

Dubitari itaque ſolet. Cũ aia rationalis non ſit partibilis ut uegetatiuas in plantis: & ſẽſitiua (pſerti i anuloſis animãtibus) quomodo motũ i extrema parte corporis factũ ſentiat. Reſpõdet calcidius & exẽplo nititur difficultatẽ ſoluere. Aranea quidem ſubtili ac miro artificio telã diſponit atque texit: ille præcipue in locis ubi magna muſcarum copia conuenire ſolet: quibus inſidiatꝰ apprime. Quã oriri ac pẽdere ex ſuis uiſceribus: qui de rebus naturalibus tractauere iſinuant. quo ſit: ut muſca filo iretita aranee ilia pulſet: & mox ſic agitata per filos currit. Sic aia reſidẽs pricipaliter i bipartito cordis ſanguie: qui ẽ i aiali ſicut cẽtrũ in circulo: ad qđ oẽs linee ducte ſũt eq̃les: quẽ libet motũ paſſim factũ ſẽtit: Nõ ẽ igiꝰ tãte admiratiõis ſicut fortaſſe mlti putarẽt.

Quõ aia rationalis cũ ſit iptbilis motũ i extrema parte corpis factũ ſentiat.

Diffinitio ſexta aiæ rõnalis ſm ariſtotilem.

ARriſtotiles quo ñ. pſtãtior aliter diffinit aiam libro ſecũdo de aia ut ẽ corpis pfectio ſic. Neceſſe ẽ igiꝰ aiam ſubſtãtiã eē ſicut ſpẽm corpis phiſici:

potētia uitā hn̄tis:ſubſtātia aūt actus. Hui⁹ igit̄ corpis actus. Hic aūt dr̄ dupl̄r. Alius q̄dē ut ſcientia. Alius aūt ſicut conſiderare: maīfeſtū eſt igitur: ꝙ ſicut ſcientia in exiſtere eſt animam & ſomnus & uigilia proportionabile: aut uigiliantia quidem ipſi conſiderare: ſomnus autem habere & non operari: prior autem generatiōe in eodem ſcientia eſt. Vnde anima eſt primus actus corporis phyſici: potentia habentis uitam. hæc ille. Omne ſiquidem genus animatorum hæc deſcriptio compræhendit. Quam declarantes dicunt animam non eſſe patibilem: ſed actus: non accidentalem: ut herculis aut youis figura: ſed ſubſtantialem: non ſm̄ ꝙ eſt ſimilis operationi: ſed habitui. Exempli cauſa balbutientem puerum rationis capacem appellamus: non quidem ut is ratione utatur ſed temporum acceſſiōe facta uti ualebit. quod eſt eſſe rationabilem ſecundum habitum. Cum igitur duplex ſit actus: unus ſicut ſcientia: qui primus appellatur: Alter ueluti conſiderare: qui ſecundus dicitur: Palam igitur erit ꝙ anima eſt actus ſicut ſcientia: ideſt primus & non ſecūdus. Cuius ſunt operationes fluentes ab eo. Somnus enim & uigilia corpori per animam inſunt. harum tamen operationum quædam ſunt ſimiles ſcientiæ: ꝑ quā quis eam habens: non operatur: ſicut ſomnus in quo ſit uacatio ab operibus ſenſuum & agitationum. Quędam ſunt ſimiles ipſi conſiderationi uigilia in qua operando ſenſus exercentur. In eodem tamen ſcientia ſemper conſiderationem præit: ut illa actus primus: iſta ſecundus appelletur. Cuius uero ſit actus per clauſulam ſequentem inſinuatur. Eſt enim anima actus: non cuiuſcunque corporis: ſed phiſici. Et non cuiuſcunque phiſici: ſed illius dico quod uitam habet in poteſtate. Figura quippe youis quā phidias ſtatuarius inſignis ebore celauit eſt actus: non corporis phiſici ſed artificialis. Iſtud autem corpus naturale duplex ē: unum ad uitam diſpoſitionē ullam habēs: ut es aurum: plumbū: licet enim naturalia corpora ſint: inepta tamen ſunt operationibus uitæ. Alterum uero: ut bos: pecus: homo: hæc enim operationibus uitæ utuntur. Alio quidem modo q̄ ſemina: quæ pro ſingulorum diuerſitate uitam in poteſtate ſunt habentia. Sed operationibus animæ carētia: quibus animatorum perfectorum genera utuntur: ideo adiectum fuit in calce organicum: ad deſignandum ꝙ anima eſt hūani corporis forma: & nō cuiuſcunq; naturalis corporis uitam habentis in potentia ſed corporis phiſici organici. Verum cū ex aī ſententia dicat Commentator Aueroīs hanc diffinitionem comunem fore omnibus uiuētibus. Queritur an aliqua alia ſit ſpetialis. Maxime autem mouent̄ ad ꝓpriam inquirendā ꝑ uerba ipſius Aueroys dicētis: Oportet ut ſmo diffiniens ꝑfecte nō demonſtret genus rei tantum: ſicut faciunt plures diffinitiōes ſed ſmo diffiniens debet demōſtrare cām rei ꝓpriā ꝓpinquā exiſtentē i ea in actu .ſ. formā & nō genus. Qd̄ ſonat ꝙ ad ꝑfectā cognitionem aīæ: diffinitio uenata nō ſufficit: ex eo maxime quia genus aīæ tetigit. Sed oꝑtet ab integro aliam notificantem partes i ſpetiali inueſtigare. Igitur aliam prorſus longe formaliorem concluſit Ariſtotiles eodem libro ſic. aīa eſt principium uegetandi & ſentiendi & ſecundum locum mouendi. Et hanc dixit medium fore demonſtrationis alterius ut commenta declarant. Multa circa hanc diffinitionem omitto: celeritatis gratia.

Diffinitio aiæ ſm Ariſtotilé.

Aueroys

Alia diffinitio Ariſtotelis

## Diffinitio ſeptima animæ Rationalis.

TAntummodo ſupereſt: ut totum genus ſubſtantiæ cōplectar: ipſam animam diffinire: ut ſpiritus & anima eſt. Et primo eā ſic diffinit auguſtinus

Auguſtinus

ut omnium creaturarum reſpicit naturas. Anima is inquit eſt omnium ſimilitu-
do : hæc alie. Rationalis igitur aius inſtar diuinæ ſapientiæ factus: in ſe rerum om
nium gerit ſimilitudinem: terre per ſenſum: per ymaginationem aquæ: aeri per ra
tionem: firmamento per intellectum: cœlo empireo per intelligentiam ſimilis eſt.
Alio ſiquidem modo in ſe omnium rerum ſimilitudinem gerit. per eſſentiam lapi
dibus: arboribus per uitam: per ſenſum animantibus: hominibus per rationem:
per intellectum Angelicis ſpiritibus: deo accumine intelligentiæ ſimilis eſt propte
rea dictum eſt animam omnia eſſe. Nonnulli clarius hanc diffinitionem aperien
tes ita rati ſunt. Cum anima ad totius diuinæ ſapiētiæ ſimilitudinem creata fuerit
neceſſũ fuit & rerũ corporaliũ ſpiritualiũqꝫ ydeas & ſimulachra penes ſe habere:
ob id dixit phũs in. iii. de anima ꝙ aĩa erat quodãmodo oĩa. Corporale quippe pu
rũ materiale dũtaxat rep̄ſentat: ueluti ſpirituale ſpirituale. Sola igitꝰ aĩa rationalis
totius ſapiētiæ ſimilitudinē gerit. habet enim aĩa rõnalis facultatē rerũ corporaliũ
ſimilitudĩes ſuſcipiendi ſenſibiliter: & ĩtellectualiter poteſtatē recipiēdi ſpecies ſpi-
rituales: id circo ad totius diuinæ ſapiētiæ imaginē creata ē: quoniã oĩum ſua acri
ĩtelligētia capax eſt. Nã ut populo ĩquit: Similia ſimilibus cõpræhēduntꝰ. uult igi
tur aĩam: ſenſibilis mũdi: quã falſo eē putauit: tanq̄ ꝑmiſſa uſurpãdi licentia naſci.
Cognitricē tamen rerũ oĩum quæ ſunt tã intelligibiles q̄ ſenſibiles. Eſt porro py-
Empedo- cles thagoricũ dogma ſimilia nõ niſi ex ſimilibꝰ ſuis cõpræbēdi. Q d ēt empedocles ſe-
quēs ait uerſibꝰ. Terra terreo cõp̄hendimꝰ ethera flãmis: Hũorē liqdo nr̄o ſpirabi
le flatu. Pacē tranqllo: litem quoqꝫ litigioſo. hæc qppe ꝯſtituebat ellemēta & initia
uniuerſitatis ex qbꝰ aĩæ quoqꝫ cēſebat cõſtare ſubſtãtiã: ꝓpeaqꝫ penes eã oĩum rerũ
eē plenã ſcientiã ſimili ſuo ſimilitudinē habētia ꝯpræhēdētē. Atqꝫ ēt ipſe p̄ſo hoc
ipſũ aſſerēs aĩam ex oĩbus initiis cõflauit: ut & ipſorũ initiorum & q̄ initia ſequũtꝰ
Vgo de ſã cto uictor & ꝓrſus oĩum rerũ exiſtentiũ ſcia eēt: ac de oĩbus iudicaret. Eãdē ſniam pertractat
Vgo de ſcõ uictor ĩ prio li. ſuarũ ſniarũ dicēs. Ipſa eqdē aĩa ĩuiſibiles rerũ cãs ꝑ itelli
gētiã comp̄hendit: & uiſibiles formas ꝑ ſenſuũ paſſiões colligit: hic ē ꝙ eadem mēs
q̄ uniuerſorũ capax ē: ex oĩ ſubſtãtia atqꝫ natura cuius ſimilitudinē gerit & rep̄ſen-
tat cõponitꝰ. Vnde aĩa rõnalis niſi ex oĩbus cõpoſita foret nullatenus oĩa comp̄hen
dere poſſet. Igitꝰ aĩa ē oĩum ſimilitudo. Diffinitio octaua Animæ Rationalis.

ALio qppe mõ: ut utrũqꝫ reſpectũ habet diffinitꝰ ſic. Aĩa ē ſubſtantia q̄dã ra
tionis ꝑticeps ĩ regēdo corꝑi accomodata: hæc ille. Naturã ſpiritus prio te
tigit ĩdiffinitiõis exordio. In calce uero aĩæ naturã adiecit. hæc igitur diſ-
finitio ſolũ illud aĩatorũ genus ꝯplecti uidetꝰ qd̄ poſt corꝑis diſſolutionē ſupſtat ꝓ
pterea ſubſtãtiã q̄dã appellauit: ut ꝑ eius diſcretionē eius naturã ab aliis aĩantibus
imꝑticipatã ĩtelligeremꝰ. Eſt rurſus ſubſtãtia q̄dã rõnis ꝑticeps aĩa rõnalis. Nã
cũ deus ex ſe rationē uēdicet: nõ aliũ de ipſã ꝑticipat: ſed ab eo oēs alii: ꝓpea dictũ fu
it ĩ diffinitione ꝙ ipſa erat rõnis ꝑticeps. Nã uirtutis natura ꝑfectior ĩ eo poteſt eē:
Anſelmus ĩ iniquo totum eſt q̄ in eo ĩ quo pars exigua de toto eſt. Deus uero teſte Anſelmo
cum ſit id quo aliquid maius excogitari non poſſit: ipſum totam rationem non ali
quo præclaro facinore partam: ſed ſua natura atqꝫ diuinitate habere oportet. Verũ
cum Angeli eam ſpiritualem naturam: eãdem quã homo participet rationem me-
rito ut unum ab altero diſiungeretꝰ adiecit in regendo corpori acomodata. Angeli
quippe incorporei cum ſint: omnino ad corpus commertium habent nullum.

Digreſſio declarans quomõ Angeli humanis corporibus uniuntur. & ſi operationes naturales in eis exerceant.

ANgeli ſua mirabili ſagacitate ex aere craſſo quibuſdã uaporibus terreſtribus commixtis corpora ſibi accomoda fabricant. ĩ quibus diuino iuſſu multas admodũ & crebras operationes hũanis uſibus ydoneas exerceãt. hñt enĩ & poteſtatem ſeſe aſpectibus contuentium obiectare loq perſuadere honeſta: abſterrere afflictis læticiam: lapſis ueniam ĩpetrare: & qđ his longe maius atq̃ ĩcredibilius eſt generare. nõ ꝙ dixerĩ per ſeminis deciſionem (ut aĩmantium mos eſt) ſed per tranſfuſionem ſeminis ſuſcepti ab aliquo uiro: cui deludendo ſe ſuppoſuerat. Et hoc eſt impropriẽ generare.

Nec me fugit quondam lectitaſſe apud Hyoſephum: gigantes demonum calliditate hac lege fuiſſe generatos. Pari commento britonum res geſtæ Merlinum uatẽ enixum fuiſſe tradunt: quem ita fuiſſe exortum accipias. Nobilem uirginem immaturam quampiam fuiſſe canunt hiſtoriæ quæ honeſtis ac bonis parentibus educata fuit: ea ne uiolata pudicitia a uiro cognoſceretur eminẽtem ſpeculam ĩcolendam propere decernunt: ad quã præter pediſecas accedebat nemo. ſolæ Ancillæ famulabantur uirorum aſpectus prorſus neſciẽtes. Exacta iam tenera & puerili etate. cum uẽus medullas torrere pararet. Antiquus hoſtis puellã ad modũ libidinis furore accẽſam aggredit̃: & multis uerbis amatoriis ultro citroq̃ habitis ĩ uenerẽ ſollicitat. Pualla diaboli cõmẽta ꝓrſus ignara quippe quæ nec eius pedicas norat (habet enim mille nocendi artes) eius fallaciæ conſenſum præbuit: tũc uiro primum ſe ſubegit: egregiæ puellæ formam & uenuſtatem præſe ferens. & ſuſcepto ſemine ipſum in uigore ſpirituum & qualitatibus formatiuis conſeruare ſummopere curauit. Demon priori abiecta figura mox ſexum celeritate mirabili mutato: ac ſeſe repente uirginis conſpectui obiecit. quæ ut coram animaduertit: propere rem cum eo habuit: & ipſum conſeruatum ſemen in uaſculo formationi idoneo tranſfudit. tumeſcente puellæ utero & iam aduerſa ualitudine ſtomachi & laterum laborante: parentes ſtupidi grauidam comperierunt. Illico adoleſcentis partum obſeruari iuſſerunt. Quæ nouem expletis menſibus merlinum fœlicibus auſpiciis peperit. Ridere item eos notiſſimo periculo proditum eſt. Comedunt uere cibum conterendo: & in aluum ſuſcipiendo. licet non nutriantur cibo: nec eo incorporentur: ut calore naturali & anima uegetatiua uegentibus inanimãtibus fieret. reſoluitur nempe inſtar uaporis a ſole eleuati qui orto atque lucente ſole euaneſcit. Legimus in diuinis ſcripturis ſanctiſſimis patriarchis præſertim habrahe idipſum Crebro obtigiſſe. Nam cum ſemel ſub una quærcu quieſceret: ut ſolis eſtum atque temporum incomoda declinaret: ea ſcilicet tempeſtate qua reguli & animantia quęque: ut uitam tueri poſſint uaſtas ſolitudines atq̃ antra petunt. Cogitabundus paululum ſuſpiciens: tres iuuenes forma atque proceritate præſtantes proficiſci conſpicatus eſt: quos obnixe coegit ut ſe in ſuum recipe rent hoſpitium: recepturi pauxillulum panis: quo animam propenſius attraherent. Præcibus habrahe inclinati annuerunt dictis. Interea oppipare conuiuium ſtruitur: parantur menſæ: epulæ afferuntur. Cum gratiarum actionibus quo non egebant ſumunt cibum. Cumque ad ſecundas menſas uentum fuiſſet & ſolis deſcenſus iam uiatores accerſibat: cuius rei gratia habrahe hoſpitium

Hyoſephus Merlini ortus

Angelorũ offitia

petierant aperiunt. Nam qui cæteris præſtare uidebatur: ſeſe ad anus fecũditatem
nunciandam: & yſahac naſciturum miſſum portendit. Alter ut Loth ſaluti cõſule
ret: ſeque in montem tueretur: ut urbium conflagrationem ſaluus atq; incolu/
mis cum omni ſupelectile euaderet. Tertius ad deuaſtandas atq; ſubuertendas ur
bes illas miſſum ultro profeſſus eſt. Erat enim regio quædã affinis arabiæ: quæ pẽ/
tapolis dicebatur a quinq; urbibus: ſcilicet Sodoma: Gomora: Adama: Seboym:
Segor. Idem quoq; accidiſſe in nouo teſtamento clare compertum eſt: præſertim
dominicam reſurectionem annuntiantes. Omitto quæ ĩ ſacris codicibus legunť.
quoniam cuncta complecti nõ eſt conſilium. Plato iſtuc ipſum teſte calcidio aſtru
it. Demonas porro his inquit græci ſcios rerum omnium nuncupant: quos q̃dem
præfectos ſenſibili mundo primo quidem uicem mutuari aliquam putandum. Vt
enim deus iuxta angelum: ſic angelus iuxta hominem. Deinde ꝙ uſui nobis ſint:
interpretantes & nuntiantes deo noſtras præces. Et item hominibus dei uolunta
tem intimantes illi noſtra indigentia. Porro ad nos hoc omnium eſt ſanctorum
angelorum offitium: nullo modo paſſionibus ſubiacẽtium: diuinam opem defer/
rentes. quam ob cauſam appellati angeli ob aſſiduum officium nuntiandi. Teſtis
eſt huius beneficii cuncta græcia: omne lacium omniſq; barbaries plaudentiũ gra
tulationeſq; populorum conditis ad memoriam perpetuitatis. Indiget quippe na/
tura humani generis nimium imbecilla: ſuffragii melioris præſtantioriſq; naturæ.
Quam ob cauſam creator omnium & conſeruator deus: uolens eſſe hominum ge
nus: præfecit huic per quos recte regerenť angelos ſiue demonas. & ꝙ ex aere craſ
ſo ſibi corpora coaptent ſequitur (paucis interiectis uerbis) Angeli remoti a uiſu
noſtro & cæteris ſenſibus quia corpora eorum neq; tantum ignis habent: ut ſint
perſpicua: neq; tantum terræ: ut ſoliditas eorum tactui renitatur. totaq; eorum cõ
pago ex etheris ſerenitate: & aeris liquore connexa: Indiſſolubilem coaugmenta
uit ſuperficiem. Veniuntur ut ſe conferat unde effluxa eſt oratio: corporibus non
ut perfectio perfectibili ſuo: ſed ut motor mobili: ceu ut nauta naui coniungitur.

## Diffinitio nona Animæ Rationalis.

ACcedit & alia diffinitio animæ: quam ex textu ſacri canonis excerpi/
mus. Spirauit deus ſpiraculum uitæ. Spirare autem eſt ſpiritum face/
re: ideſt creare & corpori infundere: ut fiat homo in uita uiuente. Igi/
tur ut paucis multa perſtringam. Anima eſt dei formæ: Spiraculũ ui/
tæ. hæc ille. Rationalis animus ab exordio ſuæ creatiõis ad imaginem ſummi opi
ficis creatus eſt: ut ſummum bonum amaret: poſſideret: frueretur. Animantia cæ/
tera cum ratione intellectu uoluntate careant: in quibus ratio diuinæ imaginis cõ
ſtare uidetur: non ad imaginem: ſed ad ſimilitudinem pocius dei formatã fuiſſe cẽ
ſeri debeat. atq; ipſis diuinum ueſtigium impreſſum extitiſſe. Spiraculum uitæ ad
iecíſſe: ut ab angelicis ſpiritibus hominem ſegregaret: quibus uitam corpori ſpira
re congruit minime. huius perfunctioriæ diffinitionis ſenſus iterum ſic haberi po/
teſt. Eo ipſo ꝙ dixit deiforme rationalem animum tetigit: cum adiunxit ſpiracu/
lum: ſenſitiuam ſignificauit uirtutem. Cum poſtremo uitæ dixit: uegetãdi munus
expreſſit: ut nullum animatorum genus ab hac deſcriptione fieret alienus.

Seneca

Diffinitio decima animæ rationalis.

Seneca Accerrimus ſtoicorum defenſor in relatione ad deum: ut ad cauſam finalem omnium rerum animam optimo equiſſimoq; iure diffiniuit ſic. Aīa eſt ſpiritus ītellectualis ad beatitudinē in ſe & ī corpore ordinatus: hic ait. Prætermiſſa huius nois equiuocatiōe ſpiritus. quoniam ĩterdũ flatũ aurũ tẽpeſtateſq; ſignificat ad mẽtẽ meũ flecto ſtilũ. & ſpiritũ hoc ī loco mẽtẽ appello. iuxta illud Pauli: Renouamini ſpiritu mẽtis uræ. In eo ꝙ dixit ī corpore ad beatitudinẽ ordinatus: ab angelis hoīes excepit q licet ad beatitudinẽ ordinentur: non tamen ut ī corpore ſunt.

Diffinitio undecima animæ rationalis.

IOannes damaſcenus uir doctrīa atq; greca facũdia celeberrimus ī libro ſuarũ ſniarũ apprime penſitate ita aīam diffinit. Aīa ē ſubſtantia uiuens ſimplex & īcorporea corporalibus oculis ſm ꝓpriam naturã īuiſibilis: ĩmortalis: ītellectualis: īfigurabilis: orgãico utẽs corpe & huic uitæ & augumẽtationis & ſenſus & generationis tributiua. nõ aliud hñs ꝑter ſe ipſam ītellectũ. ſed partẽ ſui ipſius puriſſimã: ſicut. n. oculus ī corpore: ita ī aīa eſt ītellectus. Hæc diffinitio quia ꝑ ſe ſatis clara ē: omitto cætera.

Diffinitio. xii. diui Auguſtini.

TEdet rurſũ ac me miſeret Auguſtinũ uirũ utiq; īgenii florentiſſimum atq; eccleſiæ chatolicæ lucẽ ciere. ſed quia alia diffinitio ſuperfuit nobis multo luculẽtior: multaq; aptior: q̃ ſuperiores: fuere ſtatui oportuno ſatis tempore hãc ꝑtermittendã eẽ minime: quã: ut equũ eſt rectis auribus accipere colibeat Aīa is inquit eſt ſubſtantia incorporea corporis ſui uita inuiſibilis: ſenſibilis: immortalis: illocalis: paſſibilis: nec q̃titate menſuræ: nec qualitate formæ: uel coloris ſuſceptibilis memorabilis rationalis intellectualis. hic ait. Et ipſe eandem diffinitionem declarans intulit. Et ne hæc diffinitio uacillet. ratio eam pro omnibus roborat. Anima enim eſt ſpiritualis ſubſtantia: omne quod aliis uitam ſubminiſtrat ipſum neceſſe eſt ut ſubſiſtat. ſed anima uitam corpori tribuit. Igitur anima rationabiliter ſubſiſtit: hanc uitam corporis eſſe ipſamet probat. dum præſentia ſua corpus uiuificat. hæc quidem nobis eſt inuiſibilis: ſed ſpiritibus uiſibilis. Hanc etiam ſenſibilem conſtat: dum oculis colores: auribus ſonos: mãibus aſpera: uel leuia ſentire præſtat. Eſt quoque mutabilis. omne enim quod melioratur & peioratur eſt mutabile. Eſt autem illocalis omne quod loco clauditur altitudine uel latitudine aeris circunſcribitur. Et hic locus eſt. ſed ratio docuit animam incorpoream eſſe: ideſt nec corpus: nec aliquod membrum habere: Igitur cõſtat illam illocalem eẽ: nõ enim aeris ſpatium occupat: ut corpus: nec corpus ut aqua utrem implet: ſed ut calor illocalr toti igni ieſt: ita tota aīa illocalr totũ corpus poſſidet. Ignis qdem eſt uiſibilis ſed calor inuiſibilis. ſenſibilis equidem & quoddammodo ignem uiuificans. Ita anima inuiſibilis: ſed ſenſibilis: & uiſibile corpus quadam occulta ui ſenſificat & uiuificat: hæc quoque eſt paſſibilis. omne enim quod merore afficitur paſſibile eſt: ſed dum ſui corporis uoluptates non efficit dolore meſtitiæ cõſumit. Ab hac q̃titas excludit: dũ nec altitudine: nec latitudie: aut lõgitudie metit: nec circũſtãtias. ſ. ãte & retro: dextrũ & ſinixtrũ: ſurſũ & deorſũ: ſe ĩcludere patit. Qualitas uero formæ uel coloris ab hac ſecernit: dum nlla forma hũani corpis uel ulli9

coloratæ rei illi aſcribitur: hæc ē memorabilis quia præterita recolit. Et ratiõalis qa principia diſcernit. Eſt intellectualis quia futura intelligit. hæc immortalis ꝙ memoriam ſui apud poſteros perhenniter durare laborat. Quã aptiſſimæ q̃que diligentiſſimæ animæ rationalis naturam hi quos longo ſatis uerborũ contextu enarramus litteris pinxerint: nemo uix eſt: niſi quiſpiam forte ſenſu careret: qui nõ plene atque integerrime naturam animæ & cognoſcat & ſciat. Igitur eam nos prorſus conſeruare nitamur: ea dico puritate: ſanctimonia: religione: ut optimi parentis ymaginem non fruſtra habuiſſe uideamur.

Digreſſio declarans unionem animæ rationalis cum corpore & aliarum animarum cum ſuis etiam inſtrumentis.

Sepe i noſtris ſermonibus animarum cum corporibus unionem quoniam tetigimus. in queſtionem uerti uideor uidere: ſi quemadmodũ nobiliori atque excellentiori principio originatæ ſunt: quia nõ de poteſtate materiæ: ut arborum atque brutorum aiæ: ſed de nihilo (omnium chriſtianorum conſenſu) ita præſtãtiori quodammodo humanis corporibus ſibi copulatis atq; alligatis uniantur. Forte Platonici qui proprio iure his gradibus animatorum: quartum ſomniando conſtituerunt: longe excellentiorem modum putarent. Cœlum etenim animatum credidit Plato. & ſicut uirtute atque ſitu cæteris ſupereminet rebus: ita aia cunctas alias antecellit. Hæc eſt illa rationabilis mundi anima: quæ gemina iuxta meliorem naturam uenerationem tutelam præbet inferioribus diuinis diſpoſitiõibus obſequens ꝓuidentiã naturis imparciens. eternorum ſimilitudine propter cognationem beata: diſſolubilium rerum auxiliatrix & patrona: cuius in conſulendo ratiocinandoque uirtutis: in moribus: hominis apparent inſignia. qui cultor eximius dei diligentiam mãſuetis impartit animalibus. hiſdem quippe uirtutibꝰ animæ quibus ſenſibilis mũdus fouetur: quando ad cæteros uitales uigores: qui ſunt cõmunes hominibus & beſtiis: ſtirpibus etiam: ideſt creſcendi mouendi ſemet: appetendique & imaginandi accedens ratio propriam hominis animam perfecit: ut non ſolum uitæ compoſſit: ſed etiam bene uiuendi non deſit optio. Deos rurſus animas beatas habere & eternis corporibus illigatas profitetur: hanc enim animam mundi Plato ab itimo terræ medio: quod geometre centrum uocant per omnes partes eius: uſque ad cœli ſumma & extrema diffundi: & per numeros muſicos extendi opinatur: ut ſit mũdus iſte alias maximum: beatiſſimum ſempiternum: cuius anima & perfectam ſapientiæ fœlicitatem teneret: & corpus proprium non relinqueret. & cuiuſque corpus & in eternum ex illa uiueret. Itaque his excellentiorem modum unionis attribuit. quas etiam in mores deos in thimeo appellat. Sed quia in hac re immorari diutius tempus non ſinit: excecrabilem Platonis inſcipientiam: cum patentem præſe ferat errorem relinquamus. Accedit ad hanc prouintiam maturandum. Aueroys omnium hominũ ſceleſtiſſimus: qui Alexandro Temiſtio Auempeche & cæteris Ariſtotilis commentatoribus datis peſſum: ſe naturam intellectus agentis & eius unionem inueniſſe gloriatus eſt. Nititur enim in ſua phyloſophia approbare contra omnem ueritatem: animam itellectiuam non eſſe formam ſpecificam homini dantem eſſe: humanoque corpori unitam. Sed profundius rem ingreditur. Dicit enim ipſam abſtractam ſecundum eſſe ab omni corpulenta ſubſtantia

Plato

Auerois

& ſolū humanis corporibus inoperādo appropriari: ſicut nauta naui: & celeſtis intelligentia orbi: quo fit ut ex deſiderio materiæ: aut molis quā omnino a ſe abigebat: diceret omnibus hominibus unnicum & ſingularem intellectum eſſe. Verū cum hæc diſceptatio infiniti pene operis ſit atq; immenſi: obmittendā cenſeo. Fortaſſis & mihi ipſi quandoq; facultas dabitur aduerſum portentum & monſtrū hominis congrediendi. quod inextricabilibus erroribus reſperſum atq; fedatum fuiſſe: clare compertum eſt. Nec enim mētem Ariſtotelis penetrauit ut ratus ē: ſed cogente ratione atq; manifeſtiſſima ueritate ipſum a recto calle deuiaſſe. Liquidiſſiue Albertus alemanus: Thomas: Bonauentura: Ricardus: Egidius: & omnes diuinarum rerum ſcriptores oſtenderunt. Amolianť hinc qui in hac pernicati heresi Aueroym defendere ac tueri moliūtur: de quo illud Liuii de Hānibale dici pōt: ingentes uirtutes: ingentia uitia coequabunt. Quippe qui cum rectum atque planum iter haberet quod eſt noſtræ religionis inſtitutio: liuore atq; emulatione potius q̄ ueritate accenſus: deuios ſecutus eſt anfractus: humile deſeruit: ut i præcipitium laberetur: lucem reliquit: ut in tenebris cecus ac debilis iaceret. Nec animaduertit impoſſibilia eſſe quæ diceret: ex eo quod adhuc in orbe terræ: neq; tam ſtulta: neque tam uana ulla philoſophorum diſciplia fuit: quæ tantam impietatem aſtrueret. Præterea cum enim ex moribus: diſciplinis: līguis: habitu: geſtu: operationibus tum uariis tum repugnantibus in hominibus in eſſe conſpicamus diuerſitatem quandam cuius intellectus eſt origo plena bucca profitemur & dicimus. Quis in tanta rerum uarietate auderet dicere (niſi forte qui mentecaptus eſſet) omnibus in hominibus unicum atque diſcretum intellectum eſſe: Rectius itaq; nos qui poſtremi ſumus & dicimus & profitemur animam: ſcilicet ab agente particulari haud de poteſtate materiæ educente non generari: ſed a deo immediate non aliquo angelorum præſidio creari: & humano corpori infundi: ut eſſet quæ uitam & motum tribueret. Cuius oppoſitum aſtruere molitur ſachrilegus Aueroys.

Triplex formarum gradus

Præſtat modos unionis ut ad rem reddeam in medium adducere: ut abiectis erroneis uerum proſequamur. Quedam enim partium continuationem ſibi uſurpāt: ueluti in planis ſolidiſque figuris: quorum partes ad aliquem eis comunem terminum coniungi neceſſe eſt. Sicut enim præſens præteritum cū futuro connectitur ſic punctus in linea & in planis lineę partes coniunguntur: ut unum continuatione merito appellari poſſint & debeant: Aliqua uero contiguatione ſunt unum ut illa quorum ultima ſunt ſimul. Et licet in mediū multa præclara exempla adduci poſſint: his pauculis contenti: alia abire ſinemus. Maceries quippe lapidum unitatem habet nec propterea continua eſt: os oſſibus & caro carni coheret & unitur: nec alia niſi contiguatiōis unitate ſunr unum effecta. Impreſſione item unum ſūt non nulla. Ex molli cera & figura ānuli ei impreſſa unum redditur. Item per operationem aliqua ſunt unum. Nam ex artifice & inſtrumento: aut ex motore & mobili fit unum. Ab integro ſecundum perfectionis eſſendi exigentiam aliqua ſunt uere unum: ut ex materia & forma fit unum compoſitum. Hi fere ſunt omnes modi (mea ſententia) quibus phyloſophi pro confeſſo & indubitato tenuerunt atq; eorum i ſcholis docuerunt aliquid eſſe unum: ex quibus excerpere uerū unionis modum. Cum dico quem quærimus opus eſt: Nō igitur anima unitur corpori: ut eo modo ex ipſis fiat unum ſicut magnitudies copulatæ ad aliquem terminum cūmu

nem unum. Neq; continuationis: aut cõtiguationis efficiuntur: huiuſmodi enim idemptitas molem coexigit: qua omnino anima caret. Neq; per elemẽtorum mixturam: Quæcunq; enim tali idemptiate ſunt unum ĩ eo deſinunt eſſe componentia ſm actum: manent uero ſm gradum remiſſum: aut uirtutem: q̃d forte præſtabilius ẽ. Neq; per impreſſionem figura quippe youis: aut herculis ceræ impreſſa nõ ſubſiſtit ſeorſum: ueluti anima quæ ſeiuncta a corpore durat & conſtanter perſeuerat. Rurſus tota figura non eſt cuilibet parti ceræ impreſſa: ſed ei ſe connectit̃ ſm dimẽſiuas partes: ita ut pars ceræ parti formæ & tota toti correſpõdeat. Anima uero rationalis per corporis liniamenta non eſt extenſa: ſed ẽ tota ĩ toto & tota ĩ qualibet parte: non dimenſiue ſe ei commẽſurans. Neq; ẽ unũ ſm operationẽ: Ex motore quippe & mobili: aut ex nauta & naui nunq̃ fit unum ſm ſubſtantiam: ceu ex anima & corpore q̃d eſt animal aut homo. Conſequens eſt ut ſm coexigentiam pfectiõis eſſendi: ſit iſta unio. Nam ſicut perfectio materiæ eſt ipſa forma: ita humani corporis anima: coniungitur igitur anima atq; humão corpori unitur: uel ſicut perfectio ſuo perfectibili: aut ſicut uector equo: aut artifex ſuo orgão: Nec obſtat q̃d dicebat̃ formam ſic ſuæ incumbere materiæ: ut abſq; eius innixu non poſſit cõſiſtere. Et ut rem clarius aperiam triplicem formarum gradum in rebus comperierunt phyloſophi. Primus eſt quarundam formarum quæ totaliter materiæ ſuæ innitunt̃: neq; regũt: neq; ſubſtinẽt eam: ſed ab ea potius & reguntur & tolerãtur cuius ſunt omnium inanimatorũ formæ. Secundus eſt quarundam formarum quibus ſua materies incumbit: & ab ipſis & regitur & ſubſtinetur: uerum tanta eſt colligantia ipſarum cum materia: ut nullo pacto operari abſq; materia queant: ut plãtarum aut brutorum aĩmæ. Corpus quidem plante ab anima uegetabili: & irationabilium a ſenſitiua & regitur & agitatur. Verum cum operationes earum non ſint niſi in corpore & per corpus: palam eſt: ipſos gradus a corporibus in quibus ui tales operationes exercentur dependere. Fruſtra igitur ſequeſtrationem uendicarent: ubi nullam operationem abſq; corporis contubernio habent. Rurſus eſt alius gradus formarum in quibus ſua molis innititur: ſubſtinetur: regitur: agitatur: quarum operationes non depẽdent ex materia: Sed liberæ ſolutæq; ſunt ab omni corporis contagione atq; organo. Quæ ſicut in operando nulli corpulentæ ſubſtãtiæ affixæ ſunt: multo hercle minus ĩ eſſendo a corporibus pendent. Idcirco tales formæ q̃uis ſuppremum obtineant gradum: & ſeparatæ maneant: teſtimonio phyloſophorum theologorumq;: tamen mirum immodum afficiuntur ad corpus.

*Triplex formarum gradus*

Quia uero eodem argumenti contexu in medium adductum fuit de motore & artifice: in quibus hæc unio effulgebat: Ne quiſpiam putaret inſtrumentũ & organum eſſe unum & idem: eorum diſcretio aperienda eſt. Conueniunt quippe: quia unumquodq; eorum eſt id quo artifex ſuum exequitur opus: alio & alio modo. Inſtrumentum quidem ab artifice ſm eſſe eſt ſeparatum: unitum ei tamen in operando: Artifex lignum abſq; ſera non diuidet: nec ſera ſine artifice. Vnum igit̃ ſine altero operari nequit. Organum uero & quo ad eſſe & quo ad operari uirtuti coniunctum eſt: ut pupilla uirtuti uiſiue. Ipſa quippe uirtus eſt ueluti artifix: & pupilla organum per quod obtutus exercetur: hæc ſiquidem operatio non attribuitur organo: nec ſeorſum uirtuti: Quaſi uerum eſſet dicere: uirtus uiſiua aut organum uidet: ſed quod ex organo & uirtute integratum eſt.

Digreſſio declarans an omnium animatorum ſit eadem unio: Et quid naturas elementorum conciliare habet in mixto: Et quamobrem mineralia aĩata nõ ſunt.

Cum triplicem animatorum gradum phyloſophi ipſi quorum ope abdita in lucem prodiderunt dederint. Q ueritur an omnium animatorum idem unionis modus ſit: an diuerſus? Maxime autem commoue mur propter ſeparationem quã ſoli intellectiuæ cæteris excluſis attribuimus uirtuti. Clarum utique ex iam dictis eſt: idem modus omnibus aĩatorum gradibus competere: quoniã una quæq; forma ſuo corpori unit᷑: ueluti perfectio ſuo perfectibili: differenti tamen ordĩe: nam anima rationalis: ſic ſuo corpori unitur ut ipſum ad eam dependeat. Indignũ quippe foret: ut natura illa in ſubſtantia tam nobilis in uirtute tam mirabilis: in operando tam pernix: ut in ictu puncti ſua acri intelligentia cœlum omne luſtret: & terram ambiat: maria circõuolet a corpore craſſo in celeri obtuſo dependeat. Q uæ mentis inſania: Q ue uecingenii ebetudo: mortale immortali: inſenſibilæ uitæ: corruptibile incoruptibili: terrenum cœleſti: temporale eterno præferre: quod utiq; eſſet: ſi anima rationalis corporis imperio obnoxia foret. Aliarum autem animarum unio eſt utique per inheſionem ipſarum ad ſua corpora in quibus ſuis funguntur officiis. Sola igitur rationalis anima ſeiuncta a corpore manet. Et ut hãc animatorum differentiam ignorantibus aperiam: ſatis mihi familiare utar exemplo. Triplicem lucis differentiam in rebus creatis comperio: ſcilicet in ſole ueluti in fonte: In igne & in ticione: lux & enim ſolaris uniõi animæ ratiõalis aſſimilatur. Sicut enim ipſa aeri unitur: neq; ab eo depẽdet ſed pocius aer ab ea ueluti a quodam perfectibile p eam: ut certo experimento cognitum eſt. Si quiſpiam loco aeris ſolis lucem ſuſcipientis: criſtallum aut aliud diaphanum poneret: deſtructo aere: idem radius criſtallum illuminans inuiolatus remaneret: qđ non fieret ſi lux ab aere dependeret. Sic corpus animæ innititur & ſubſtentatur & non corpori anima. Lux uero in flãma ignis materiæ ſubtilioris aeris quæ eſt uapor reſolutus a corpore inflamato unitur: & radiat: per quam itelligimus animam brutorum quæ ſubtilioribus corporibus & aptioribus ad motum & ad alias uitales atq; ſpirabiles operationes coniungitur: & eſt radioſa quia lumen cognitionis ex ſe emittit: ſed a materia pendet: id circo cum ea perit. Lux uero in titione quia terreſtri & incultæ materiæ copulatur: ex ſe non effluunt radii uicinum aerem illuſtrantes: per quam optime ſignificatur anima uegetatiua: quæ arboribus & plantis congruit: carens omni ſenſu & motu & lumine cognitionis dependens a corpore: quo deſtructo atq; corrupto nihil amplius lucis apparet. Sola igitur anima rationalis ſic corpori alligatur ut diuino iuſſu ſoluta permaneat. De præſtantia lucis naturas elementorum: tum uarias: tum diuerſas: in quadam equabilitate conſiſtentiæ: aut contẽperamento armoniæ conciliantis adoritur ſermo. Q ueſitum fuit: ſi illa eademq; lux diſponens arbuſta ad animæ uegetatiuæ ſuſceptionem: ad ſenſitiuam & rationalem quoq; diſpõat. an ſm eminẽtiam uitæ nobilior lux exigatur. Tripartitam lucis ſubſtantiam docuerunt. Sancti: quã explorare frugi eſt: ut omnis controuerſia depellatur. Prima eſt cœli: in quo ſtellæ affixæ ſunt qđ primum mobile: aut octaua ſpera apud phyloſophos appellatur: cuius benefitio atq; occulta uirtute in plantis anima uegetatiua inſeritur. Alia eſt cœli criſtallini: longæ nobilioris præſtantioriſq; influentiæ: quã neq; poetæ: neq; phy-

De pſtãtia lucis An. ſ. eadem lux diſponat arbuſta ad: uegetatiuã Bruta ad ſenſitiuam & rationalẽ

loſophi: neqꝫ aſtronomi ſua mẽtis illuſtratione attigere. Solus Moyſes diuino ſpiritu plenus qđ latebat edocuit: geneſis primo: Cuius ope anima ſenſitiua generat̃ in cunctis animantibus: quæ ſuper terram reptãt. Cæterum cum homo cæteris ſupereminẽat rebus: non corpore ſed mente: qua nihil præſtabilius: conſequẽs eſt ut lux illa ineffabilis cœli empirei: uniformis & non agitata influat: Non ad aĩam intellectiuam formandam: cum a ſolo deo creetur: atque humano corpori infundatur: ſed ad generandos uitales atque animales ſpiritus in corpore quibus præuiis anima ueluti in proprio domicilio ſuſcipitur. De inanimatis rurſus oritur diſ- ſceptatio. Cum equæ ſint ex elementis ſibi inuicem litigantibus compoſita: quorũ natura ſemper eſt ad corruptionem intenta: niſi lux illa mirabilis cœlorum naturæ animarum admodum uicina ab omni corruptione conſeruaret inoxia. Cur aurum: argentum: es: cuprum: gemmæ: animata nõ ſunt. His litigatoribus reſpondẽdum duco. ꝙ cum animarum actiones non ſint uniuſmodi: ſed ingentem diuerſitatem habeant puta augendi: generandi: nutriendi: audiendi: uidendi: guſtandi: memorãdi: diſcernendi: iudicandi: & ſic de multis animarum operationibus: Conſequens eſt: ut corpus animale: qđ eſt organicum non ſit uniuſmodi: nec ſimile in toto & in partibus: alioquin tam uarias tam diuerſas operationes exercere nõ poſſet. Dicamus igitur ꝙ lux in corporibus inanimatis & tantum ſm unum modum armoniæ conciliantis elementa in toto & in partibus. Corpus uero organicũ multiplicis armoniæ eſſe neceſſe eſt: ut operationi animæ congruat. Et quia corpora inanimatorum tãtummodo ſunt uniuſmodi. Reſtat ut ab oĩ uita ſint oĩo aliena.

Cur aurũ argentũ & cuprũ cæteraqꝫ talia animata non ſunt

## Digreſſio declarans principalem animi ſedem & locum.

SVblimis atque glorioſus omnium rerum parens & alumnus deus: cũ res pene omnes e nihilo ad mundi ſpeciem atque ornatum condidiſſet: ne tantis rebus laudator deeſſet. poſtremo omnium diuinorum operum ſpectatorem hominem produxit: non quidem ſolo uoluntatis ſuæ imperio ut priora: ſed ueluti aliquid magni & ingentis admirationis eſſet facturus: ut in archanis diuinarum ſcripturarum comperitur: conſulendo hominem produxit: quem ſolum celeſtem fecit: cætera uero uniuerſa terrena: hunc ad cœli contemplationem rigidum erexit: bipedemqꝫ cõſtituit: ſcilicet ut eadem ſpectaret: unde illi origo eſt: illa uero depreſſit ad terram: ut quia nulla his immortalitatis expectatio ẽ: toto corpore in humum proiecta: uentri pabuloque ſeruirẽt: hominis itaque ſolius recta ratio & ſublimis ſtatus & uultus originem ſuam fictoremqꝫ teſtatur. Eius prope diuina mens: ut Firmianus ait: quia non tãtũ aĩantium quæ ſunt in terra ſed etiam ſui corporis eſt ſortita dominatum. Ob has igit̃ mirabiles ac infinitas (ut ita dixerim) excellentias atque prærogatiuas hominem paruum mundum (ut patrio utar ſermone) ꝓ̃nici appellãt. Cæterum cum cœlo ſinguliſque globis intelligentiam motricem ſperarum aſſignemus: cui toti orbi ad eſſe eſſentialiter repugnat eam optimo: equiſſimoque iure in oriẽtis angulum pro quieto firmoque domicilio phyloſophia collocauit: Sic & in minori mundo mentis ſedem perquirere maxime opus eſt: Idcirco priſcorum in hac ancipiti re auctoritate utemur: ut tandem qđ rationi magis conſentaneum eſt effulgeat. Plato mẽ-

Firmianuſ

plato

tis principatum:ideſt rationem in capite tanq̄ in arce locauit:hiparcus uero caput principale animæ habitaculum:Democritus aluum cum capite. Anaxagoras cerebrum:unde omnes ſunt ſenſus. Calcidius in capite orditur denique a capite is inquit corporis principali quandam eſſe eminentiam:proptereaque oportuiſſe ī excelſo atque eminenti loco tanq̄ arcem totius corporis collocari:ut domicilium eſſet partis animæ principalis:quæ hogemonicon a phyloſophis dicitur: ideſt ratio. Firmianus hoc idem ſentit hominis prope diuina mens quia non tantum animantium quæ ſunt in terra:ſed etiam ſui corporis eſt ſortita dominatum. In ſummo capite collocata tanq̄ in arce ſpeculatur omnia & contuetur:hanc eius aulam nō obductam porrectamque formauit:ut ī mutis animalibus:ſed orbi & globo ſimilem ꝙ orbis rotunditas perfectæ rationis eſt ac figuræ. Et ſane argumētis probabilibus uſi ſunt qui hanc partem ſubſtinent:oportuiſſe ꝙ tocius corporis regimen habere potius in ſummo:ꝙ eſt in arce corporis habitare:ne quicq̄ eſt ſublimius q̄ id quod uniuerſam rationem moderetur:ſicut ipſe mundi dominus & rector ī ſummo eſt. Denique ꝙ ſenſus omnes:ideſt audiendi & uidendi & odorandi miniſtra mēbra in capite ſunt locata:quorum omnium uiæ non ad pectus: ſed ad cerebrū ferant:alioquin neceſſe eſſet tardius ſentire:donec ſentiendi facultas longo itinere per collum ad pectus uſque deſcenderet. Ambroſius uir ī eccleſiaſticis litteris eruditiſſimus ſic inquit. Si quidem:ut cœlum eminet aeri:terris:mari:quæ uelut quedam membra ſunt mundi:ita etiam caput ſupra reliquos artus noſtri corporis cernimus eminere: preſtantiſſimumque eſſe omnium tanq̄ inter elementa cœlum: tanq̄ arcem inter reliqua urbis mœnia: In arce hac:regalem quandam habitare ſapiētiam:ſm propheticum dictum quia oculi ſapientis in capite eius:hanc eſſe cæteris tutiorē & ex illa omnibus membris uigorem prouidentiamque deferri. Q uid enim robur & ualiditas lacertorum proficiat. Q uid uelocitas pedum niſi capitis uelut principis ſui imperialis quædam adminiculetur poteſtas. Et exemplo firmat: qđ ratione non conuincit. Ex arboribus licet quæ humani ſit gratia capitis eſtimare in capite arboris. omnis & fructus:ibi omnis eſt pulchritudo:illius comanos aut pluuiis tegit aut defendit a ſole:tolle arboris comam tota arbor ingrata eſt. Q uanto igitur maior humani capitis ornatus eſt qui cerebrum noſtrum hoc ē ſedem originemq; noſtrorū ſenſuum capillis capitis munit & ueſtit:ne aut frigore uexētur: aut eſtu: illic enim fons uniuerſorum ē:& ideo ubi iniuria nocet:ibi gratia p̄eminet. Q uid ſine capite eſt homo:cum totus in capite ſit: cum caput uideris:hominem agnoſcis:ſi caput deſiit nulla eſſe cognitio poteſt: Iacet trūcus ignobilis:ſine honore:ſine nomine: Sola ere fuſa principum capita:& ducti uultus de ere uel marmore ab hominibus adoratur. Iuris etiam conſulti cum ſepulchri uiolati cauſam agerent dicerent ꝙ cum in capite omnes ſenſus & uigeant & appareāt & abſque capitis honore truncus corporis nihil ad decorem uel turpitudinem pertinere: offenſo capite:ſepulchrum uiolari:ymo eum locum ſacrum appellant: in quo caput hominis eſt humatum:licet omnes corporis artus aliæ fuerint ſepulturæ mandati. In capite igitur(eorum arbitratu)principaliter reſidet anima. Hebrei uero in ſanguine arbitrati ſunt. Cum dicant diuinæ litteræ. Vox ſanguinis fratris tui ad me clamat. Et item alio loco:non edetis carnem cum ſanguine: quia omniū animalium ſanguis anima eſt. Q uæ ſi ita ītelliguntur: ut debent animam eſſe animalium ſan

Hiſparrus
Anaxagoras democritus

Ambroſius

Iuriſcōſulti

Hebrei

guinem quia ſit uehiculum iratiõabilis animæ partis: cuius ſunt importuni appe-
titus habet plane rationem talis aſſertio: ſi autem confitentur animam hominis ra
tionabilem fore credant ſibi q᷑ deus a ſe hominibus factis inſpirauit diuinum ſpiri
tum: quo ratiotinamur quoque intelligimus & quo ueneramur pie deum: eſtq; no
bis cum diuinitate cognatio: diique eſſe dicimur: & filii dei ſummi: quam cogna-
tionem cum deo & omnino rationem qua rationamur ſanguinem putare eſſe non
recte opinantis eſt. Quidam ſedem mentis in pectore eſſe uoluerunt: q̃d ſi ita eſt
quãto tãdem miraculo dignum eſt: rem in obſcuro ac tenebroſo habitaculo ſitam
in tanta rationis atque luce intelligentiæ uerſari: tamen q̃d ad eam ſenſus ex omni
parte corporis conueniunt: ut in qualibet regione membrorum præſens eſſe uidea
tur. Diogenes apollomates ex humore primum carnem fieri exiſtimauit: tum ex

Diogenes

carne neruos & oſſa & cæteras partes enaſci: humorem igitur firmum mẽtis domi-
cilium ratus eſt. Empedocles quidem principalem animæ uim in corde conſti-

Empedocles

tuit ſic dicens. Sanguine cordis enim noſter uiget intellectus: Si quidem intimis
noſtris ſenſibus ſentiamus: his omnibus qualia ſunt at ethera flammis humorem
humecto noſtro ſpirabile flatu. Item criſippus conſtat enim a principali & quinq;
ſenſibus & uocali ſubſtantia: ſerendi: procreandi: motibus localibus potentiæ por
ro ſiue partes animæ uelut ex capite fontis: ex cordis ſede manantes: per uniuerſũ
corpus porriguntur: omniaq; membra uſq; quaque uitali ſpiritu complẽt: regũtq;
& moderantur innumerabilibus diuerſiſque uirtutibus nutriendo: adolendo: mo
uendo: motibus localibus inſtruendo: ſenſibus compellendo: ad operandũ totaq;
anima ſenſus qui ſunt officia uelut ramos ex principali parte illa tanq̃ trabe p̃ãdit.
futuroſq; eorum quæ ſentiunt nuncios ipſa de his quæ nunciauerunt iudicat. Si-

Aranea

cut aranea ĩ medietate caſſis: omnia filorum tenet pedibus exordia: ut cum aliqua
ex beſtiolis plagas incurrerit ex quacunq; parte: de proximo ſentiat: ſic ait animæ
principale poſitum in media ſede cordis: ſenſuum exordia retinere: ut cũ quid nun
ciabunt de proximo recognoſcat. At Stoyci unam totum infantem figurari di-

Stoyci

cunt. Cor quidem eſſe ſedem principalis animæ partis conſentiunt: nec tãtum ſan
guinem qui corpore naſcitur. Ariſtoteles membrum diuinum eſt cor: eiuſq; in ha

Ariſtoteles pluſq̃ commẽtatori ſecũdo tegni

bitator eſt anima. Pluſq̃ commẽtator in hac re duas recitat opinationes hominũ
ſecundo tegni comento duodecimo. Affirmat enim animæ eſſentiam eſſe in corde
tantum uel illi proportionabili in uiuentibus habentibus corda ex eo: quia ẽ fons
uitæ & uigoris: quo anima in corpore & ſubſtẽtatur & operatur. In aliis autem par
tibus eſt per ſuas uirtutes: quas illis influit & cordi mediante ſpiritu & quaſlibet in
eis operatur operationes illis conuenientes. Allegat autem phyloſophum ipſe. Itẽ
& Albertus in libro qui eſt inſcriptus de cauſa motus animalium. Sic iquit Ariſto
tiles. Exiſtimandum autem conſtare animal͛ queãdmodũ ciuitatẽ bene legibus re
ctam. In ciuitate autem cum ſtabilitus fuerit ordo: nihil opus eſt ſeparato monar-
cho: quem oportet ad eſſe per ſingula eorũ quæ fiunt: ſed ipſe q̃libet fecit quæ ipſiꝰ
ut ordinatũ ẽ & fit hoc poſt hoc pp̄ cõſuetudinẽ: in aïalibus aũt hoc idẽ pp̄ naturã
fit: & q̃a natũ ẽ unũq̃dq; ſic cõſtitutũ facer͛ ꝓpriũ opus: ut nihil opus ſit ĩ unoquoq;
eẽ aïam: ſed in quodam p̃ricipio corp̃is exiſtẽs ipſa alia quidẽ uiuere eo quod ad na
ta ſunt facere autẽ ꝓpriũ opus p̃ naturã. Ariſtotiles igit͛ ueluti quendã monarchã
ipſã animæ eſſentiam quæ in ſingulis membris ordinat ꝓprium opus ẽ per uires

quas eis influit. & ipſa per ſui eſſentiam cordis centrum inhabitat. Sicut monar-
cha in medio ciuitatis: Cuius non eſſentia: ſed uirtute tantum ad ciuitatis extrẽa
peruenit. Aliam recitat opinationem idem cõmẽto decimoquarto quam inſe
quitur Auicena: ſcilicet ꝙ anima unitur toti corpori: non mediante aliqua parte
corporis: nec ſuis potẽciis: ſed imediate & toti & omnibus partibus corporis uni
tur ex eo quia eſt forma corporis dans ei eſſe & ſpeciem. Idcirco ſm eſſentiam in
eſt omnibus partibus corporis: alioquin ex ipſis non plus fieret unum q̄ ex con
gregatiõe partium domus. Et ſi cætera nobis deeſſent ſuffragia hoc unũ nobis
ſatis eſt ad determinandum diu uenatum propoſitum: ſcilicet diuinum chriſti te
ſtimonium: quod longe omnium pluris eſt. Et ne quiſpiam putaret me falſo de
ſcripturis ſentire: non mea uox: ſed Hieronimi diuinarum litterarum interpretis hyerõimus
clariſſimi: chriſti ſententiam ſonet: In epiſtola enim ad fabiolam de ueſte ſacerdo
tali. Senſus inquit in corde eſt: habitaculum ĩ pectore queritur ubi ſit animæ pri
cipale: plato ĩ cerebro. Chriſtus monſtrat in corde. Beati mundo corde: quoniam
ipſi deum uidebunt. Et de corde procedunt cogitationes malę. Et quid cogitatis
neq̄ in cordibus ueſtris. Hiis teſtimoniis concluditur animam principalius incor
dis centro reſidere. Nec obſtat qui eam in cerebro eſſe opinantur: quoniam ali-
ter cenſendum eſt ſm rei manifeſtam euidentiam: aliter ſm rei ueritatem. ple-
rique omnium qui priorem tenuerunt uiam quia omnes humani ſenſus: ſcilicet
audiẽdi: uidẽdi: palpandi: in capite maxime apparere conſpiciebant: ex eo mo-
uebãtur credere animam ĩ ſummo capite ueluti in arce quadam eſſe locatã: ꝓpte
rea ius ciuile ubi caput defuncti in ſignibus honoribus afficitur totum corpus af
fectum fuiſſe putat: ut affirmat Ambroſius ſuper illo pſalmi: uide humilitatẽ meã Ambroſius
& eripe me reciſo capite reliqui corporis truncus beſtiarum corpori comparatur.
Sepelitur enim ſine decore corpus: In capite uigor uite: In capite eſt gratiæ
uenuſtas: Item caput eſt quod fouet membta omnia & dirigit atque implet ſen-
ſus: inde ductus uenarum: meatuſque ſpiritus: ſanguinis uires: ĩ totius corporis
partes deriuantur: Ius uero naturale quia iuxta naturæ dictamen iudicat: & a-
corde principium uitæ & motus & ſenſus & in uiuentibus primum eſt & ultimũ
quod moritur: idcirco magis nobile eſt cor: & ubi cor eſt ſepultum ueluti ad cen-
trum omnes corporis arctus adducentur. angelorum miniſterio ut probat henri
cus de gandauo per illud ezachielis. Et ecce oſſium commotio: & acceſſerunt oſ-
ſa ad oſſa: unumquodque ad iuncturam ſuam quam in corde eſſe arbitratus ẽ ue-
lut in centro ĩ quo uiget & confouetur animam: & a quo motus progreſſiuus ani
malium inchoatur. Iam tempus ut me colligam expectat & quæſtionum ſco-
pulis tranſuadatis ſyrenarum more ephilogi celeuma cantandum eſt. Habes de
anima quid priſci: quid heretici: quid chriſtiani docuerint. tantum modo ſupeſt.
ut omnibus neruis effuſis immortalitatem animæ perſuadere nitamur: Cuius ap
petitio tanti eſt: ut eam tam ſenes q̄ pueri: tam reges q̄ infimi: Tam denique ſapiẽ
tes q̄ ſtulti cupiant & uelint quam nanciſci facile erit ſi abiectis erroribus: deo to
to mentis affectu coherere iugiter curabimus. Amen.

## Tabula capitulorum ſecundi libri.


| | |
|---|---|
| De poteſtate eloquentiæ. | car . xxv. |
| De errore illorum qui ob uoluptatis irritamenta aliam uitam negant. | car . xxv. |
| De contemptu illecebrarum. | car . xxvii. |
| De imagine dei & animæ. | car . xxix. |
| De iuſticia dei. | car . xxix. |
| De ſapientia diuina. | car . xxxi. |
| De appetitione & laudis & gloriæ. | car . xxxii. |
| De fortitudine multiplici. | car . xxxiii. |
| De omnipotentia dei. | car . xxxv. |
| De incorruptibilitate materiæ primæ. | car . xxxvi. |
| De contrarietatis amotione ab anima. | car . xxxvii. |
| De uetuſtate corruptionis origine. | car . xxxviii. |
| De excellentia ſenſibiliū armoniā corpis diſſoluētis. | car . xxxx. |
| De deſiderio humano. | carte . xxxxi. |
| De Argumentatione platonis ex phedone. | car . xxxxiii. |
| De eraclito phiſico. | car . xxxxiii. |
| De lactantio firmiano. | car . xxxxiii. |
| De teſtibus immortalitatem defendentibus. | car . xxxxiiii. |
| De multorum reſurrectione. | car . xxxxvi. |

Liber primus de animæ natura ad Illuſtriſſimum principē Borſium ducem &
cætera. Magiſtri Ioannis ferrarieſis ordinis minorum fœliciter explicit. Secūdus
de eius immortalitate fœliciter incipit. Capitulū primū de poteſtate eloquentię.

COgitanti mihi & mecūmet aio reputāti meo: priora illa
felicia quōdā ſecula: i qb9 ueluti nouo quodā ſole mūdo
exorto: præcelſa hoīum īgenia. Cū bonis atque optimis
diſciplinis: tum maxime eloquētia prædita floruerunt:
Angor admodum & hic dolor me coquit: excruciat atq;
exulcerat aliquem eloquentiæ gradum: ſaltem medio-
crem mihi non fuiſſe conceſſum: ut facilius immortali-
tatem his perſuadere potuiſſem: qui nihil niſi diſertum
atque rectorum floſculis cultum audire uolunt. Firmia- Firmianus
nus aduerſum gentes accerime ſcripturus: ſe in tantali
fōte: aut demoſthenis: aut Cicerōis flumie aliqtiſp labra ītinxiſſe geſtibat. hēt ne
ſcio qd latētis oratio: ut uerbis aut copia illuſtrata potentius in animos audiētiū
īfluat atq; demulceat. Q uis eni aut uirtutes extollere ardētius: aut uitia fulmiare
attrotius ſolet q̄ oratorum præclara ingenia: Ab his & laudare benefacta: & dete
ſtari facinora: addiſcimus: ab his conſolari cohartari impellere abſterere. Deniq;
neſcio quis tam ferus: tam inhumanus: tam durus: & ut ita dixerim ex ſilice na
tus: ut uerborum ſentētiarūq; ornamētis: quæ tanq̄ ſtellę & faces orōnē illuſtrāt.
& admirabilem reddunt: non flectatur. Orpheum quidem poetarum uetuſtiſſi-
mū tanta elegātia: tanta dicēdi ſuauitate: tāta denique uerborum cōcinitate & co
pia floruiſſe conſtat: ut ſua facundia audientiū aīos ad ſe rapet. Nam maria ſtetiſ-
ſe: ſtagnaſſe fluenta: arbores flexiſſe: aperuiſſe inferorum portas: & quod his oī-
bus longe creditu eſt difficilius: cerberi in clementiam: ſua uerborum neruorūq;
ſuauiſſima modulatiōe temperaſſe: atque uiciſſe: plurimi poetarum prodiderūt.
Phiſiſtratus dicendo tm̄ ualuiſſe traditus eſt: ut athenienſes eius lenocinio uerbo Phiſiſtra
rum capti: libertati ſeruitutem præferrent. Atheniēſium princeps ille pericles: cu- tus
ius in labris ſediſſe quandam perſuadendi diuinitatē: cuius admirabilem eloquē- pericles;
tiam tonitribus & fulgoribus græci comici cōpant: liberis athenarum ceruicibus
ſeruitutis iugum impoſuit. Egit enim ille urbem: & arbitrio ſuo uerſauit. Et cum
aduerſus populi uoluntatem loqueretur: iocūda nihil ominus popl'aris uox eius
erat. Carneades legationis gratia ab athenienſibus romam miſſus: audiente gal- Carneades
ba & catone cenſoribus maximis tūc oratoribus: orauit de iuſtitia adeo copioſe:
atque diſerte: ut quiritum pectora ad omne eius offm̄ proſequendum ſummope
re inflammaruerit: Poſtera die eam quā ampliſſimis laudibus magnifecerat: con Demoſte
traria diſputatione ſubuertit. Nonne demoſthenes eloquentia eſchinem Exto- nes
rem fecit patria. Nonne hogeſias cirenicus multis uoluntariæ mortis oppeten- Hogeſia
de cupiditatem: ſua facundia ingerebat: Nonne Cicero orans appollonio lachry
mas excuſſit: Nonne Antonius ſuo uerborum dulciſſimo concentu lictores
uacuos redire fecit: Nonne ſempronia litteris græcis & lactinis docta: quam Salu
ſtius in catelina commemorat: erat ei ingenium haud abſurdum poſſe uerſus
facere: iocum mouere: ſermone uti: uel modeſto: uel molli uel procaci: pror
ſus multę faceciæ: multuſque lepos inerat: Cuius beneficio Cicero catelinæ in

Cleopatra cendium urbis extinxit. Nōne cleopatra ceſarem &. C. Pompei filium &. M. Antonium facundia potiuſq̨ forma ſibi in amorem iretiuit: & uſqueadeo: ut alter eorum omnem aparatum belli bartici: ob eius ſingularem amorem neglexerit. At qui cleopatrę forma: ut ferūt: ipſa quidem per ſe non nimium erat efficax ad mentes aſpicientium capiendas: nec quia homines p̄nimia admiratione ſtupeſcerūt. Verum adeo ſuauiſſimi mores: Tanta in loquendo facundia: tam iocundiſſima conuerſatio: ut his rebus adiuta forma: uniuerſos ariperet: pronunciabat dulciſſimo oris ſono linguamque ſuam uelut inſtrm aliquid plurium cordarum. Nōne

Cornelia corneliæ Scipiōis affricani filiæ multa ſæcula poſt eius mortem extabant epiſtolæ elegantiſſimo ſtilo perſcriptę: quarum ſapientia rei. P. plurimum uſi erant: &

Saphoos Saphoos poemata. & libri ſummo honore apud græcos propter ſingularem facū

Aſpaſia diam habiti ſunt. Nonne Aſpaſia doctiſſima quidem mulier & eloquentia litteriſque pręcellens: Socratem multis de rebus inſtruxit: Nonne magniloquētia pla-

Plato tonis qua in phedone uſus eſt ambrachiotem theobrotum inuoluntariam impegit mortem. Cunque hos igitur percurro & mihi cylenii munus deeſſe animaduerto ingenium meum haud his humanitatis ſtudiis a puero tictum: & iniciatū fuiſſe merore conficior: ob deſideriū quorū appet neminem unq̄ peruēiſſe ad uirtutum ſummam iam maturum: niſi qui puer ſeminario uirtutum generoſiore cōcretus aliquid inclitum deſignaſſet. Verum hæc unica ſpes me tenet (nec falſo me habet) ut apud ingenuos oratores non habear ludibrio: qm̄ ueritatis illuſtrādæ ſtudio magis q̄ eloquentiæ fiducia: hanc ꝓuintiā nauandā ſuſcepi. Quod ſi illa magna & atrita & accurata & recondita litterarum pericia caruero: ſine quo fūdamento nihil altum neque magnificum ſibi hedificare quiſq̨ poteſt deo cuius hoc munus eſt adiuuante: ueritas ipſa ſimplex & nuda ſuo lumie clara atque illuſtris apparebit. Sępe & enim numero oratores maximos a cauſidicis mediocribus uictos atque ſuperatos fuiſſe planum eſt: ꝙ tanta eſt potentia ueritatis: ut ſe ipſam quis in rebus exiguis ſua claritate defendat. Igitur non mediocri fidutia ſu-

Quītiliāus ſcepta Quintiliani proſequar inſtitutum: permittēdo uela uentis: & auram ſoluētibus bene precando.

De errore illorum qui uoluptatibus illecebris obnoxii nullam immortalitatis expectationem habent. Capitulum primum.

SEctatores illecebrarum uoluptatum: tacito mentis cōſenſu alterius uitæ ſtatum & commigrationem in inficias eunt. Epicurus quidem & dicearcus & ariſtippus: ut ad proſequendum eorum diſciplinam hoīes illiceret uoluptatē corpis ſūmū bonū dixerūt. Deū de hūanis nihil curare nec ira nec gr̄a tangi: inferorū pœnas nō eē expaueſcendas: nō corpibus hoīum aīas extare docuerūt: Nec ſolū hi quorū uita i prçcipiti ſita ē: ſed ēt terreſtre illud hūanę: imo potius diuinę ſapię oraculū: Salomō qui diuino ſpiritu quo afflare ſolēt ꝓphetæ & poetæ teſte Ennio quos ſāctos appellat impletus: nihil aīarū p̄ſētiēs i futurū. poſt fœminarū gregē quē libidinis explēdę gr̄a ſibi cōuixerat: mulierū amore captus: imo iſatuatus contempto deo ſenſu & uitæ datore: ipſis fana: edes erexit: aras quoq; i quibus thura adolerēt: diiſq; gentiū atque ſimulacris mutis & uanis hoſtias litarent extruſit. Nec hoc indignum facinus ſatis ad irritandum deum ſibi uiſū fuit: niſi ſe quoq; ydolorum cultu fedaſſet

(Margin: Epicurus / Dicearchus / Ariſtippus; Salomon)

ortos piſcationes uenationeſque edificauit: Cantatrices & qui in phidibus & choro & oi genere muſicorũ ludere ſcirent: iſtituit & ut paucis uniuerſa oblectaméta cõplectar: nõ ꝓhibuit cor ſuũ quin omni uoluptate & uiſus & auditus & guſtus & tactus & odoratus faueretur. Poſtremo cum ad earum rerum exitum oculorum aciem fixiſſet: & omnia uiciſſitudini atque corruptiõi obnoxia fore animaduertiſſet: fruſtra in his conſequendis inſudaſſe ſe inuitus eſt. Et prorumpens in uerba hæc ait. Dixi in corde meo de filiis hominũ: ut probaret eos deus & oſtéderet ſimiles eſſe beſtiis: idcirco unus eſt interitus hominum & iumentorum & equa utriuſque conditio: ſicut moritur hõ ſic & illa moriuntur: Similiter ſpirant omnia: & nihil habet homo iumento amplius cuncta ſubiacent uãitati. & oia ꝑgunt ad unum locum: de terra facta ſunt & in terram pariter reuertuntur. Quis nouit ſi ſpiritus adam & filiorum eius aſcendat ſurſum: & ſi ſpiritus iumẽtorũ deſcendat deorſum: & deprehendi nihil eẽ melius: ꝗ lætari hoiem i opore ſuo & hãc eſſe partem illius. Prodeat niſi quiſpiam miſer abſtenuus & per ſimoniam frugalitatemque magnifaciat: perſuadeatque uulgo pecudum more non eſſe uiuendũ. Accipiet epicurum ſalomonem uoluptatis nomine turbã iuitãtem. Nemo enim non in uicia pronus eſt. O inſulſum hoium genus iquiunt. Quid nobis uoluptatũ illecebrarum continentia: Quid pudicitia: quid aludis ſpectaculiſque cohibitio: Quid reliquæ uirtutes in quibus ſtoyci optimum hominis ſtatum ponunt præſtabunt: Mors pallida equo pulſat pede: pauperum tabernas regumque turres: Quid fruſtra tantis uigiliis erumnis diſcriminibus in edia conficitis: Nonne paulo ante Salomonem loquentem audiuiſtis: quem emulari nõ dedecet. Si unꝰ igitur eſt interitus hominum & iumentorum nihil ex hac luce migraturis ſupereſt niſi tantummodo cupitis frui uoluptatibus: dum licet: dum facultas adeſt. Quod egre ferens diu non poſſe pultiuorax quidam nebulo famoſus: cuius uſus erat ſe mero atque temeto ingurgitare querebatur naturam carpens: cumque guſtus ſuauitatem tam celeriter atque profunctorie tranſigere animaduerteret: lachrymæ genas rigabant: & uſque adeo: ut parẽtibus orbus putaret. Cereris bachique ſacratiſſimas edes acceſſit: & humi procumbens: youem ſummum maximumque deorum magno cum honore eſt deprecatus: ne grues aut ciconias pluris ꝗ homines faceret: quibus admodum collum breue dediſſet ut uix pauxillulum uoluptatis deguſtare ac ſentire poſſint. deorum equidem numina exoratus: ut cigni aut gruis collum inſtar in longum porrigeret. Ex eadem paleſtra & ſcurra item alius egreſſus eſt: qui ſe accepiſſe a germanis ſuis unguẽtum dono gloriabatur. cuius ſuauitas tanti erat: ut omnium circunſtantium nares gratiſſimis uaporibus complerentur: dixiſſeque fertur heus tu. Vnguentum habeo inquit qđ mee ſorores ueneres cupidineſque donarunt: quod cum olfacies deos rogabis: totum ut te faciant fabulæ naſum: quaſi uelit innuere odorum fragrantia ad uenerem excitandum plurimum proficere. Sardanapallo opulentiſſimo aſſyriorũ regi epicureorum præcæteris placuit diſciplina: Nam cum inter ſcortorum greges conſenuiſſet: mulierum officiis functus lanam & linum in parentibus pellicibus: cæteris operoſius laborabat: ab ipſis quippe colum tenere didicerat ponere i gremio colatum rotare fuſum ſtamina pollice ducere: & ea omnia exercere: quę ad fęminarum mollitiem ꝑtiere noſcũtur: excepto filiorum geſtatione: Is alterius

Mors palli da equo pulſat pede

Nebulo famoſus conqritur deũ collũ oblõgũ gẽibus dediſſe homini uero ꝑ breue

Sardanapalus

uitę imemor ī buſto icidi iuſſit. Hæc habeo quæ edi: queq; ex ſaturata libido hauſit. O uirum imo petuleũ oĩ lachrymarum fonte plangendum qui ſe ſolum id habuiſſe gloriatur: quod famelicis dentibus cõſumpſerat. Quid aliud iquit Ariſtotiles ī bouis: nõ regis ſepulchro inſcriberes. hæc ſe hr̃e mortuum dicit: quæ ne uiuus quidẽ diutius habebat q̃ fruebatᷣ. Xerſes rex quondam potentiſſimus: preſſiſq; manibus uentri & pabulo inſeruire ſũmopere curauit. Is quidẽ refertus omnibus fortunæ bonis: nõ equitatu ingenti: non pedeſtribus copiis: nõ nauiũ multitudine: non infinito pondere auri: argentiq;: non iuuentute delecta: nõ aureo lecto: textili ſtragulo magnificis operibus picto: nõ ueſtiũ pulchritudine: gẽmis fulgentibus: auroq; celato compoſita. nõ epularũ uarietate contentus. tandẽ primũ propoſuit qui nouam uoluptatẽ comperiſſet: qua poſtea minime fuit contentus. Nunq̃ enim finẽ inueniet libido. Placuit apprime priorũ ſententia. M. Antonio qui ſemper aleatores: ſcorta: ebrioſq; uerſabatur die uino luſtriſq; confectus edormiebat. crapulam quam noctu per laſciuiã ingurgitauerat in mimorũ nuptiis & ridiculorum ſpectaculis euomebat. Ferunt illum in hippie mimi nuptiis cenatũ tantum uini per uniuerſamq; noctem hauſiſſe: ut ſibi poſt tridie incontionem uocato neceſſe fuerit in conſpectu populi romãi euomere: quodam ex amicis togam ſubiciente: per lucos anniumq; ripas prandia ſumptuoſa parabat. Tandẽ captus amore cleopatre infeliciſſime uitam finiuit. Sed cum corporis uoluptates: non ſolum gulam: ſed & libidinem ſuis aculeis ſtimulent: operepreciũ erit eas ciere perſonas: quibus ſemper cariora omnia: q̃ decus atq; pudicitia fuere. Occurrit nobis in primis ut uiros obmittam: quorum tanta copia fuit: ut ſi eos plene pcurrere atq; exequi uellem: neq; modum: neq; finem repeririet oratio. Semiramis nini coniunx & nini mater: quæ omni pudore percalcato: ut ſuæ libidinis ardorem quo eſtuabat extingueret. filium ad rem agendum cum ea admodum ſolicitabat: quam propriis manibus uiolauit atque interemit. Nonne ſempronia genere & forma preſtans: ſępius petebat uiros: q̃ a uiris ipſa peteretur. Nonne meſſalina tanto ardoris incendio eſtuabat: ut relicto imperiali ſolio ſcortum publicũ fieret: ut iquit ſatyrus: Reſpice riuales diuorum Claudius audi: Quę tulerit: dormire uirum cum ſenſerat uxor. Auſa palatino tegentem præferre cubili. Sumere nocturnos meretrix anguſta cucullos. Liquebat comite ancilla nõ amplius una. Et nigrum flauo crinem abſcondente galero. Intrauit calidum ueteri centone lupanar: Et cellam uacuam atque ſuam tunc nuda papillis. Oſtenditque tuum generoſe britãnice uentrem: Excepit blanda itrantes atque era popoſcit. Mox lenone ſuas iam dimittente puellas. Triſtis abiit & quod potuit tamẽ ultima cellam: Clauſit adhuc ardẽs rigide tentigine uulue. Et laſſata uiris nec dum ſaciata receſſit. Nonne Iulia Auguſti Filia eodem laborabat morbo: quã cum interrogaſſent nonnulli: quibus ſua flagicioſa & impudica uita nota erat: quamobrem filios per omnia parenti coniugi ſimiles generaret: ipſam reſpondiſſe aiunt: Nũq̃ duco nautam niſi naui plena. Innuo tãti condã apud ueterũ amentia libido fuit: ut meretricum ſtatuas. in deorum delubris colendas dedicarent: atque in dearum numero relatas fuiſſe ac diuinos honores promeritas impie crediderunt. Nunquid priſci uenerem coluerunt: & ipſam primam meretricem fuiſſe docent gentium hiſtoriæ. Artem meretriciam ipſa inſtituit: auctor mulierum in ſtrupro fuit: uti uulgo

Ariſtotiles

Xerſes

Nunq̃ finẽ Inueni libido

Semiramis

ſempronia

Meſſalina

Iuuenalis

Iulia auguſti filia

corpore quæſtus facerent. Q uod id circo imperauit: ne ſola præter alias mulieres
impudica & uirorum appetens uideretur: Non quid athenienſes uiri omni orbi
illuſtres: hoc errore fedati fuerunt: Nam cum lena ſcortum nobiliſſimum tyran- Lena
num necaſſet quia nefas erat ſimulacrum meretricis conſtitui i templo animalis
effigiem loco eius poſuerunt: Nonne romani omni ſachrilegio referti laurentię Laurencia
que propter uulgati corporis uilitatem lupa inter paſtores eſt nuncupata: Lupe
ſimulacrum duobus admodum paruulis expoſitis: lac prebentis in templo conſe
crarunt: Nonne flora quæ cum magnas opes ex corporis ſui quæſtu acqſiuiſſet: Flora
populū Ro. ſibi ſcripſit heredē: cenſūq; ſuū reliquit. cuius ex ānuo fenore ſuus na
talis dies celebraretur: ludos in memoriā meretricis cum omni laſciuia celebran-
dos inſtituerunt. Q uod q̄ ſit alienum a recto uiuendi modo mox pandere cura
bimus: hi denique omnes qui ſe aut libidinum ceno: aut epularū uoracitate: aut
uniuerſis aliis corporis oblectamentis nimio cultu indulxerunt tantummodo p̄
ſentē ſentiūt uitam: nihil ipſiſ honeſtatis modeſtię temperantię reliquarumque
uirtutū ad bene beateque uiuendi profuturum. Nempe ſi cēſuram diuinā putaſ- Viuēdum
ſent & animi ob demerita pœnas credidiſſent: quas & poetę in ſuis carminibus &
phi docuerunt: profecto auero uiuendi inſtituto nūq̄ tantū aduerſi fuiſſet: ſed cū
animorum iteritum ſperarent ſeque quottidie perniciter migraturos animaduer-
terent: neminem quoque ab inferis rediſſe: p roſtrigato omni uero cultu gu-
lę atque luxurię ſe dediderunt: aduerſum quos ingens diſceptatio ſtruitur: quam
ut ualebo diſſoluere ſummis uiribus conabor.

Q uorum animi cultus & uoluptatum illecebrarum perfecta abdicatio imor-
talitatis animarum ſunt euidentiſſima ſigna. Capi. ii.

T Anti condā fuit & gulę & luxurię continētia apud ingeuos atque il-
luſtres uiros: quorum uita equiſſimis ſanctiſſimiſque inſtitutis præ-
dita per omne euū celebrat̄: ut ſpretis epularū ſumptibus atque lu-
xu: aqua & polēta uitā eorū aduerſū iediā tueret̄: Nō erat illis cibꝰ:
neq; potus ad uoluptatē: ſed ad naturę preſidiū: Erāt q̄ppe continen
tię admodū dediti maiores noſtri: ut frequētior apud eos pultis uſus q̄ panis eēt.
Socratē ut aulus gelius refert: i cibo potuq; cōtinētię tātæ fuiſſe: ut omīa uitæ ſuæ
tēpora ualitudīe inoffēſa uixerit. Perſarū a xenofōte uitus exponitur: quos negat
ad panē adhibere quicq̄ præter naſturciū. Anacharſis ſcita parſimōia plurimū ē anacharſis
delectatus: cuius uitus apd Ciceronē belliſſime cāit̄. Natura & eni paruo cultu Natura p̄uo cultu
minimiſq; rebus cōtēta ē: ut ellegātiſſime docet Ouidius. At uetus illa etas cui fe minimiſq; rebus cōtēta eſt.
cimus aurea nomē: Fetibꝰ arboreis: & quas humus educat herbis. Fortūata fuit:
nec polluit ora cruore. Si. n. naturę primeua īſtituta cōſpiciāt̄ tēuiſſimis admodū Ouidius
gulę irritamētis idulgebāt. qui uero ad hoīum opinionē ſectādā ſe dediderāt: nec Auguſtus
creſii opes: Nec darii diuitię: nec xerſis apparatus ſatis fuiſſent ad ſubminiſtrādū
gulę aut luxurię pabulū. Auguſtū legimus piſticulis minutis recenti caſeo cōpreſ
ſo ꝑ cibo: atq; uino limphatiſſimo pro potu cōtētū fuiſſe: Et ꝑ corporis ualitudi
ne tuēda ſemel i ebdomada ieiunaſſe. Didicerat eni ꝙ bonę ualitudinis quaſi quę
dā mater erat frugalitas: luxurioſis epulis inimica & aliena nimię uini abundātię
& ab imoderato ueneris uſu aduerſa. Spartanorū ciuitas ſeueriſſimi lycurgi iſtitu
tis obtēpans a cōtēplatione aſię ſuorū ciuiū oculos retraxit: ne illecebris eius ca-

pti ad delicacius uitæ genus prolabarentur. Audierãt enim inde licentiã & ĩmo/dicos ſumptus & omnia nõ nececeſſaria uoluptatis genera fluxiſſe: Ciuitates quædã uniuerſę more doctę parſimonia delectantur: Atq; hoc nõ ex hominũ more ſolum ſed ẽt ex beſtiis intelligi poteſt: quæ ut quicquid obiectum eſt quõ a natura nõ ſit alienũ eo contente nõ querũt amplius: quod darius oſtendit in fuga laſſus itineris labore ac hoſtium terrore ne circumuẽtus capetur. Siciẽs admodũ aquã cenoſam ex cadaueribuſque inquinatam bibit: negauitq; nũq̃ ſe bibiſſe iocũdius qm̃ nũq̃ ſiciens biberat: Nec eſuriens ptholomeus gracius quicq̃ ederat: qui cum egiptũ luſtraret. Confectus in edia cibarius panis datus eſt. quo nihil ſibi uiſum eſt iocundius. Non enim contentius ambulare ac ambulanda famem obſono/re ut melius cenaret oportebat: ut Socrates: aut lotis manibus ſecundas menſas expettere: ut Ionas. ſed urgente neceſſitate ſatis ẽ pane atro famelicos dentes ex ſaturare. Eneruat ſi quidẽ aĩ uires ĩmoderatus uini aut cibi uſus corporis ualitudini officit: Varios morbos inducit: & tãdẽ i iteritũ hoiem obtrudit. Nec ſatis ad bene beateque uiuendum hæc parſimonia eſſet: niſi quoque & genitalibus membris pudicitiæ atque continentiæ tegmẽtũ adibuiſſent. Hac mirabili: & præcipua uirtute obmitto iumerabiles alias. Floruit ille ſcipio ſuę labẽtis. R. P. ualidiſſimũ ꝓpugnaculũ. qui ſuæ ætatis anno. xxiiii. nato ex ſenatus decreto procõſul ad iſpanias ſubigendas creatus. Primo carthaginẽ nouã: ubi hannibalis pœnarũq; militum bellorũ nerui oẽs erant. hiſpanorũ quoq; obſides. Itẽ mago hannibalis germanũ quẽ captiuũ conſul romam deferri iuſſerat erat uiribus cepit. Inobſidibus aũt inuẽta fuit puella ingenti decore atque uenuſtate præcellẽs quam potiri iure belli modeſtiſſimus imperator poterat. Iuſſit ut copiã auri pro eius redemptione parẽtes afferrent qua allata: illico ad eius pedes poni ĩpauit. Spõſũ quoq; eleganti bus iocis & urbanitatibus affatur. Tuã hãc pudiciſſimã atq; uiro icognitã ſpõſam accipe. aurũ hoc doctis augumẽtum eſſe uolo. Qua continentia ac munificentia indibilis obligatus celtiberorũ aĩos romanis aplicando meritis eius debitã grãm retulit. Simile fuit i Alexãdro macedonũ rege icõtinẽtiſſimo: qui cũ eximię pulchritudinis uirginẽ captiuã quæ finitimæ gẽtis pricipi deſpõſata fuerat accepiſſet ſũma abſtinẽtia ita peperciſſe: ut illam aſpexerit quidẽ quã mox ad ſponſum remiſit: ut hoc ꝑclaro facinore illorũ mentes facile in beniuolentiam conuertere. O etatẽ illã fęliciſſimam oibuſque ſeculis mirabili ſtupore admirandã: In q̃ plus ſatis ſũmi ĩpatoris ad ꝓſternẽdũ domãdũq; barbarorũ ĩmãitatẽ. Vnicũ cõtinẽtię extremũ profuit: q̃ ueteranorũ militũ phalãges. Quis prorſus tãtos bellorum ac uictoriarũ triũphatores ampliſſimis laudibus non ꝓſequeretur. Quippe qui iuuenes & uictores uirginibus decoris & auro abſtinuerunt. Diuũ Auguſtũ cõtinẽtiæ præcipue fuiſſe tradũt: Nã bello aſperimo deuicto atq; ſubacto Antonio: ſumma deſpatiõe actus ferro ultro incubuit: atque ſemianimus adhuc paululum palpitans ad cleopatrã ꝑductus mox uixit. Cleopatra: ut cæſarẽ ad ſe illiceret: ut Antonium & C. ceſarem ſuis blandiciis ac egregio cultu fecerat: inſtar: Veneris ornata: ſperans nihil mali paſſuram ad Cæſarem uenit: quã ut proſpexit ſe inter pudicitię fines coartans in eius oblectabilem proſpectum minime animum ſuum flexit. Cleopatra uero: ut fortũę dignos ſucceſſus ſibi amplius fauere nõ animaduertit. Eodem ſepulchro quo antõius iacebat exãimis ſe collocauit: duobus aſpi

Darius

ptholomeus

Eneruat aĩ uires ĩmoderatus uini aut cibi uſus & cætera de pudicitia.

Scipio

Cleopatra

dibus prius ſuis ī anulis adhibitis: quorum letali ueneno extincta fuit. Horum
igitur exemplo ex aīo corporis uoluptates delere debemus: ne templū hoc nō ar/
tiſicis induſtria elaboratum: ſed diuina uirtute creatū aliqua obſcenitate uiolet.
Eos maxime decet qui ī excelſo uitam agunt: & ampliſſimo imperio ſunt nacti ſi
maiorum ſuorum fines lacius propagare: aut iam propagatos in pace & ocio tue/
ri uolunt. Nonne troy condam totius aſię regnum potentiſſimum ob helenę me
nelai uxoris raptū: diruptum: atq; proſtratum iacet. Nōne ob libidinis ardorē at
que promiſcuum uirorum: mulierūq; luxuriæ abuſum: diluuium perdidit omnē
aīam uiuentē (pauculis exceptis) quos diuina prouidentia ad reſtaurandū ſobo
lē animātiū oīum conſeruauit. Nonne filii iacob ob ſtuprū quod dinæ eorum ſo/
rori ſichen intullerat: omnes illius loci gladio extinxerūt. Simile fecit abſolon
germano ſuo Amon eo q thamar ſororem ſuā uenuſtam deflorauerat. Nonne Abſolon
propter abuſum uxoris leuitę: beniamin tribus in ore gladii corruit. Item ob im/
moderatum libidinis ardorem quo flagrabat populus iudeorum: Nonne finees
principē una cū ſcorto zelo ſuccenſus: pugione confodit: Et principes quos p tur
mas illi populo: ut præeſſent conſtituerat Moyſes: crucibus ut dignas pœnas pē
derent affixi fuerunt. Ad gulam inſtar obliuioſi uiatoris ſero redeo. Nonne Eua
gula totū hūanū gēus pdidit. No e ebrietate uictus: ſeruitutē iduxit. Loth filias
duas mero eſtuans cognouit: Eſau uoracitate ſubactus lētis ob edulium iure pri/
mogeniture ceſſit. Amon occiſus. ppſs iudeorū gula quaſi omnis extinctus. holo
fernes bachatus caput amiſit. filiis iob edentibus & bibentibus repentinus interi
tus abſorbuit. Id circo hæc non hoīum ſed mutorum aīantiū uita phis ipſis qui/
bus componendi mores uetuſtas maximam indulgentiam tribuit: optimo iure
diſplicuit: præſertim Archite tarentio: ſummi uiri: a qua oē ſcelus emanare atque Archita ta
profluere ratus eſt propterea eius dicta recenſere probe factum erit. iſtuc ipſum rētinus
Cicero noſter egit ī mediū adducenda cenſeo. Accipite optimi adoloſcentes uete Cicero
rem orationem archite magni in primis & præclari uiri quæ mihi tradita eſt cum
eſſem adoleſcens tarenti cum. Q. maximo nullam capitaliorem peſtem q̄ uolu/
ptatem corporis hominibus dicebat a natura datam: Cuius uoluptatis auidæ
libidines temere: & effrenate: ad potiundum incitarent hinc patriæ proditionē:
hinc rerum. p. euerſiōes: hic cū hoſtibus clādeſtina colloquia naſci dicebat: nullū
denique ſcelus: nullum malū facinus eē: ad quod ſuſcipiēdū: non libido uolupta
tis impelleret. Stupra uero & adulteria: & oē tale flagitium nullis aliis illecebris ī
citari niſi uoluptatibus. Propterea ſophocles iam etate confectus: cuidam que Sophocles
renti an rebus uenereis uteretur: reſpondit dic meliora inquit: ego uero iſtinc li/
benter ſicut a dn̄o agreſti ac furioſo profugi: Et athenienſium princeps pericles pericles
cum tragediarum ſcriptorem ſophocleam in prætura collegam haberet & pueri
ingenui prætereuntis formam impenſioribus uerbis laudaſſet: intemperantiam
eius increpans dixit: Prætori non ſolum manus a pecunie lucro: ſed etiam oculos
a libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere: Quod democritū feciſſe. A. gellius
eſt auctor: Nam luminibus oculorum ultro ſe priuauit: quoniam exiſtimaret co
gitationes cōmentationeſque animi ſui: in contemplandis naturæ rationibus ue
getiores & exactiores fore. ſi eas uidendi illecebris & oculorum impedimentis li
beraſſet. Nec putandum eſt hos ingenuos atque illuſtres uiros: ſpretis uoluptati

bus:quibus palpamur atque demulcemur:uirtutes excoluiſſe niſi eorum menti bus inſederet ꝙ exactis laboribus quos in uirtutibus capiẽdis ſuſtinemus. Eſt.n. uia difficilis & cliuoſa ſpinis herentibus aſpera:& ſaxis extantibus impedita ut cũ ſummo labore ac pedum trita uix gradi poſſit:Quam difficultatem meminit he ſiodus poeta dicens. Tota ſimĩ facili uicia ipſa ſumere captu. Conceſſum eſt: breuis eſt uia quæ ducit ad illam. Qum ſemper nobis uicinia cubiliã mergunt: Eſt ad eam longus rectuſque per ardua callis. Iſper & in primis: ubi in alta cacumina uentum eſt. Mollis adeſt:quæ uiſa fuit duriſſima quondam:imortalitatis donum conſequi facillime poterant quam ut proſequerentur. nudi exangues ſe ſe pericu lis omnibus obiectaſſent pulcrumque in armis mori illuſtriſſimum putaſſent.

Heſiodus.

Euſtrachio

Euſtrachius cõmentator inſignis cum in uirtutibus uendicãdis aſperimos labores cerneret:in pceptis aũt maximos fructus:& ſolidas atque incorruptas uoluptates triplex præmium ſibi aſcribendum fore arbitratus eſt honor quippe qui te ſte Ariſtotile eſt exibitio reuerẽtiæ in teſtimonium uirtutis. Laus ſecũdo uirtuti pcõmodiſſime cõgruit. Sane felicitate phi his duobus coniunxere præcipue plato uidebat nempe moratis & optime inſtitutis perſonis:hac in luce omni bono: & quiete:& ocio ultro caruiſſe ſolum ut uirtutibus ſe mãciparent:quibus tandẽ ob uirtutum merita præmium aliquod tantis laboribus:uigiliis: calamitatibus: condignum conſequerentur:Sed cum in hac mortalium uita nihil ſit maius: nihil uirtute præſtabilius:cuius fructus carere decet minime. Conſequens eſt ut quãdoq; ipſa aiam nãciſcatur:nõ in hac anguſtiarum calamitatũq; ualle. ut oi luce clarior inſinuat experientia. Erit igitur alius locus:alia item uia:alia deniq; uita pluris longe ꝗ ſit iſta:quam oppido expetimus:Hoc argumẽto pſo coactus eſt animorũ eternitatẽ credere:atque uiribus cunctis perſuadere. Supereſt tantũmo do obiectis reſpondere: ne querentibus ueritatem aditum obſtruant:aut iugi labore partam officiant. Nec epicuro reſpondendũ duco: quẽ ſemper corporis uo luptatẽ tuẽtẽ:nihilq; aliud ꝗ uentri & ueneri ſeruientem:nemini dubium eſt hominẽ non fuiſſe. Sic eni uixit. ut nihil inter eum pecudemq; diſtaret: niſi unũ ꝙ loquebatur. Quod ſi aſino aut ſui aut cani facultas loquendi tribuatur:queraſq; ab eis quid ſibi uelint cum fœminas tam rabide conſectantur: ut uix diuelli queant:cibos etiam potumque negligunt:Cure autem alios mares uiolenter abigãt aut ne uicti quidem abſiſtant:ſed a forcioribus ſæpe contriti eo magis inſectent: Cur nec imbres nec frigora pertimeſcant:laborem non ſuſcipiant:periculum nõ recuſent. Quid aliud reſpondebunt niſi ſummum bonum eſſe corporis uoluptatem:eam ſe appetere:ut afficiantur ſuauiſſimis ſenſibus:eoſque eſſe tanti: ut aſequendorum cã:nec laborem ſibi ullum:nec uulnera:nec mortem ipſam recuſandam putent. O Epicure hominum uaniſſime: non cernis te quottidie perniciter migrare:donec ad illud extremum uentum eſt: Vnde iam regredi non licet tunc ſubito cum omni ſua pulchritudie mundi ornatus præcinditur:ut non ante quis fraudem & mundi pedicas proſpicere poſſit ꝗ præcipitatus in altitudinem cadat. O diem illam atram & funeſtam omnique ſacrilegio plenam:in qua falſus uſque adeo ſerpſit Amor: ut falſa pre ueris faſcinatis oculis atque egris mentibus propinares:& quidem ſic ut mirabili caliditate( uoluptate eneruati )ultro ſe eãt perditos. Quiſquis igitur preſentiũ bonorum ſpecie captus & in his conſequendis ac

Quid ſit honor.

Epicurus. Non cernimus nos quotidie p niciter migrare

fruendis occupatus nõ preuiderit ea quæ poſt mortem ſecutura ſunt ſeque adeo auerterit: is uero ad inferos deiectus ĩ eternam damnabitur pœnã: qua tu ipſe ore uenefico atque ſpurciſſimo tollis: ac omnio negas: ſed te inuicto atque repugnãti cogeris credere dum furie ſcelerum ultrices te diris atque inexcogitatis afficiẽt cruciatibus. Nunc ad Salamonem properanter redeo: quippe qui ſua ſententia multos relicto imo ſpreto diuino cultu in hunc epicuri patentem errorẽ impegit quem ſi ut par eſt intellexerimus: deuios ad ueram piam ſanctiſſimamque religionem reducemus. Egregorius uir ſane in diuinis ſcripturis ſingularis preſtan Gregorius tię per uocabuli interpretationem omnem errorem aperit: atque in terram eli Festus dit. Eccleſiaſtes enim idem ſonat quod concionator. eſt aũt cõtio teſte Feſto con- Quid ſit cõtio uentus: non tamẽ alium q̃ eum qui a magĩatu uel a ſacerdote publico per præconem cõuocatur. In contione uero ſunt multorum ſñie inter ſe diſſidentium. nũc Artifices: nunc plebs: nunc iuriſconſulti loquũtur: inſtar tragediarum: in quibus nunc una: nunc alia: nunc chorus: nunc populus queritur. Sic ſalamõ eo ĩ libro: Salamon nunc ſapientum agit cauſam: nunc uulgi leuitatem ĩducit: igitur uerba ſuperius allegata nõ fuerunt ſalomonis: ut in calce operis oſtendit: ubi & ſpiritum ad deũ qui fecit illum rediturum dixit: & iudicium futurum in quo omnia errata emendabuntur: ſed in docte plebis: tantummodo intellectum: attollentis pro quãto ſẽſus ſubminiſtrant: quod eſt obtuſi animi officium.

Q uorum imago trinitatis menti rationali impreſſa eſt ſufficiens perſuaſio immortalitatis animæ rationalis cap. iii.

SI opifices rerumque inſtitores: eorũ merces: ut a cæteris diſcernantur furuo fuluoque: alioq; colore figurant. Q uãto magis diuĩa ſapĩa rebus omnibus creatis: uel trinitatis ſanctiſſime ſimilitudiem impſſit uel ueſtigiũ: ut eſſent diuinę uirtutis temporariũ monumẽtũ hoĩbus uero q̃ cæteris pſtare debebãt: ymaginis ſuæ formã atque ſplendidiſſimum trinitatis: unitatiſque ſimulacrũ ĩdidit: ut eternitatis ſuæ teſtimoniũ exiſtant. Nã cũ priſci illi mortalibus diuinitatẽ: daturi eſſent ſimulacra auro: & ebore: & marmore effingebant: ut innuerẽt deos illos: quos ciuitates augendę uirtutis gr̃a conſtituerant: ſimiles illis fuiſſe: a quibus edículę & ſtatuę & delubra cõſecrata fuerũt: Idcirco ex luto aut terreſtri elemẽto qđ corruptibilitati fragilitatique obnoxiũ eſt: effecta ſunt: ut mentibus noſtris inſedeat illos & hoĩes & mortales fuiſſe: Nã quo libẽtius reip. cauſa periculum adiret optimus quiſq; uirorũ fortiũ memoriã honore deorũ ĩmortaliũ conſecratã: ob eã. n. ipam cauſã. Eritheus athenis filięq; eius ĩ numero deorũ ſũt. Sic romæ Q uirinus Alabãdenſes Alabãdũ colũt a quo ẽ urbs illa cõdita. Senſit hoc idẽ pythagoras: cũ uerſibus aureis Eritheus dicat: Corpore depoſito cũ liber ad ethera pges: Euades hoĩum factus deus ethe- Quirinus ris almi: Sũmi ãt atq; ĩmortalis dei ſimulacrũ & tẽplũ: unũ atq; ĩcorruptibile: ac pythagoras ĩmortale eſſe oportet: quod ad hoĩs mẽtẽ refferre decet. Cæterũ cũ gentilium lr̃e diuinis in pleriſque rebus aduerſari ſoleant. Q ueritur a quo primo ſimulacra gẽtium coli atq; uenerari ceperint. quæ ex hac re lectitãdo compĩ his cõmẽtariis ĩſeram. Didimus in libris pyndarice ait Mileſiũ cretẽſiũ regẽ: primũ diis ſacrificaſſe Didimus ac ritus nouos ſacrorũ põpas ĩtroduxiſſe. Hyſtorici nõ nulli youẽ tẽſtãt: is poſtq̃ rerũ potitus ẽ ĩperio: ĩ tãtã ueniſſe ĩſolẽtiã: ut ipſe ſibi fana multis ĩ locis cõſtitue

rit. Nã cũ terras circuiret: maria nauigaret ĩ quãcũq; regionẽ uenerat: reges prĩcipeſue pplorũ hoſpitio ſibi & aĩcitia copulabat: Et cũ a quocũq; digrederet: iubebat ſibi fanũ creari hoſpitis ac ſui noĩe: quaſi ut poſſet amicitię ac federis memoria cõſeruari. ſic cõſtituta ſũt tẽpla youi athaburio youi libriãdio quos & hoſpites & bello ſocios habuit. itẽ ioui laprio. Ioui molioni. Ioui caſſio. & quæ ſũt ĩ eũdẽ modũ ꝙ ille aſtutiſſime excogitauit. ut & ſibi honorẽ diuinũ & hoſpitibus ſuis ppetuũ nomẽ acqreret cũ religiõe cõiũctũ. gaudebãt ergo illi & hic ĩpio eius libenter obſequebãt: & noĩs ſui grã: ritus ãnuos & feſta celebrabãt. Simile quoddã ĩ ſicilia fecit eneas cũ cũdite urbi Acceſte hoſpitis nomẽ ĩpoſuerit. Diui dactores quo-

Ninus

rum nomina me fugiunt minime a Nino repetunt hyſtorias. Is cum patrem ſuũ ſumma beniuolẽtia & charitate (ut par erat) complecteretur. obtigit ut cõfectus etate: euita migraret: Cumque parentis deſideriũ nullo pacto pati quiret: quẽ uiuum corã hr̃e nõ poterat: ſaltẽ in eius ſimulacro quod celari iuſſerat: proſpectus oblectaretur: & ut uehementiam amoris erga genitorem pauci admodũ putaſſẽt uulgo panderet ac eũ ad honores debitos deferendos parenti alliceret: perpetua lege ſanxit: ut quicũq; genitoris ſtatuã fugitando periſſet ſaluus atq; innoxius ab oĩ noxa haberetur. Quo fit ut pauco temporis iteriecto ne tantis acceptis beneficiis ingratus ppĩus uideret: Cũ ꝑcipua pietate atq; religiõe coli cepit licabat hoſtias cruentas: thure debitos honores exſoluebat: & ſic impietas cepit ſenſim adolere: & uſque adeo: ut totã oppleuerit terrã: ſiue igitur a mileſio ut didimus tradit: colendorũ deorum ritus affluxerit: ſiue ab ipſo youe: ſiue a Nino: hæc oĩum ſumma hic cardo eſt: ſimulacra hæc ideo: ere: auro: ebore: marmore celata ſunt: quia mortuorũ imagines erant: propterea mortuis ſimilia. Dei aũt uiuentis ſimulacrũ eius eternã atq; incorruptibilem maieſtatẽ repſentans: Viuũ atq; icorruptum eſſe oportet: alioquin eternũ a temporali: ſpirituale a corporeo: imortale a mortali repreſentaretur: quod eſſe non poteſt. Si enim a ſimilitudine ſimulacrum nomẽ accepit: qui poſſunt iſta ſimulacra deo ſimilia iudicari: quæ nec ſentiunt nec mouẽtur nec ĩtelligũt. Itaq; ergo ſimulacrũ dei in ꝑcordiis locatũ: nõ illud ẽ qđ digitis hoĩs ex lapide: aut ex ere: aliaue materia fabricat: ſed ipſe hõ qui ſẽtit: qui mouet: qui ĩtelligit. Erit igit aĩa uerũ dei ſimulacrũ. & qm̃ uiuit ĩ eternũ deus: nũq̃ & eius ſimulacrũ excidet a uita. Qđ aũt uita carere nequit: illud ſempiternũ & immortale eſt: igitur aĩa imortalis eſt: quia & uiuentis imago eſt: nũq̃ a uita uacans.

Quod diuina iuſticia uirtutũ omnium decus & ornamentum animam rationalem interire non ſinit.

QVãto ſplendidior q̃ cætera ſidera fulget Lucifer: & q̃to q̃ lucifer aurea phebe: tanto iuſtitia oĩbus uirtutibus eſt præſtatior: Nã Ariſtotiles eius admirabilẽ decorẽ ſuapte extollere cupiens: idẽ (aliis tamẽ uerbis) dixit quã & ſi (hoĩum opinatiõe uera ſẽtiẽtiom) queq̃ habere decet: Tũ maxĩe eos qui. R. p. preſunt. Propterea philos ſciẽs ita eẽ

Firmianus pietas & eqtas a iuſtina ſepari non poſſunt.

debere ad tuendã. Rẽp. in exordio ſui opĩs ita primordia poſuit dicẽs: diligite iuſtitiã q̃ iudicatis terrã ueluti iſtructura materiali: Nã domus tota ex rudimẽtis pẽdet. ſic omnis prĩcipatus. ſic omnis uiuendi rectus modus: ex iuſtitia ꝓficiſcitur. Hæc oẽs uirtutes cõplectitur: tñ duę ſũt eius ptes prĩcipales: ut iqt Firmiãus. quę ab illa diuelli ſepariq; nõ poſſũt. Pietas & eqtas. hiſ. n. duob⁹ fõtibus tota iuſtitia

conſtat.Hac regna conſiſtunt:& urbes fouentur. Hæc unicuiq; ius ſuum reddit.
Hæc mores hominum peperit.Hæc arma ciuilia barbarorumq; immanitatem pac
cat.Hæc homicidia:Sacrilegia omnia deniq; ſcelera diſſipat atq; fonditus euertit.
Q uãti ſint iuſtitiæ fructus Ciprianus oĩum chriſtianorũ elloquẽtiſſimus egregie Ciprianus
demõſtrat dicẽs.iuſtitia regis ẽ pax populorũ:Tutamẽ priæ imunitas plebis:muni-
mentũ gẽtis:Cura lãguidorũ:gaudiũ hoĩum:tempies aeris:ſerẽitas maris:terræ fe- Iuſtitiæ fru
conditas:Solatiũ paupum:hereditas filiorũ:& ſibimetipſi ſpes futuræ beatitudi- ctus
nis.Idcirco:ſi reges:Si imꝑatores:qbus fouẽdi orbis imperiũ facultas data eſt:pa-
cis dulcedine frui uelint:mucronem iuſtitiæ aduerſum noxios uibrent:ut crudeli
animaduerſatione ſic impios terrore conterrant:quo inſolẽtia poſita:diſcãt bonos
nõ lædere:ne ſua funeſtis rapinis uſurpare. Laudat poeta nobilis Saturnũ:cuius
optio iuſtiſſimoq; impio pace gaudebat laciũ.Primus ab ethereo:Is inqt uenit ſa- poeta
turnus olipo.Arma iouis fugiens:& regnis exul ademptis.Is genus indocile ac di-
ſparſum montibus altis:Compoſuit legeſque dedit:laciumque uocari:Maluit
his quoniam latuiſſet tutus in oris. Aureaque ut perhybent illo ſub rege fuere:
ſecula:Sic placida populos in pace regebat.Semota enim ab urbibus iuſtitia:
quid aliud cenſes:niſi publica latrocinia:tandiu lacedemonorum Athenienſi-
umque imperium uiguit q̃ diu iuſtitia atque equitate floruit. Q uibus nam rebus
romani orbis imperium propagarũt:nõne iuſtitia & equitate.Q uibus auctũ atq;
in ſublimi conſtitutum labefactarunt:nõne iniuſtitia & in equitate:Idcirco ꝓcla-
re cecinit poeta.Roma uetus ueteres dum te rexere quirites:Nec bõus immunis: poeta
nec malus ullus erat.Patribus extinctis ſurrexit praua iuuentus:Q uorum conſi-
liis ipſa proſtrata ruis:Temiſtocles quippe cum xerſis ſubductam claſſem offendiſ Temiſtocles
ſet:& eã clam ſuccẽdere poſſet:is a contione uirum ſibi dari cui archanũ. R.q;.P.
frugi aperiret impetrauit.Ariſtides datus ẽ:iis ubi cognouit claſſem illum lacede-
moniorum quæ tota apud githeum ſubducta erat:uelle incẽdere:ut ea exuſta atq;
penitus cõſumpta maris dominatio ipſis cederet:Retulit ciuibus temiſtoclis utile
conſilium eueſtigio contra ab incœpto deſiſtere iuſſit:quoniam ꝙ equum non ui-
debatur:non expedire quidem clamauit. Simile fecit Fabricius romanorum im-
perator.Nam cum pirrhus rex in terra italia eſſet & unam atque alteram pugnã
proſpere pugnaſſet.Satiſque augerentur romani & pleraque italiæ oppida ad regẽ
deſciuiſſent tũ ambrachiẽſis qſpiã timochares regis pirrhi amicus:ad. C. Fabriciũ
cõſulem furtim uenit ac ꝓmium petiuit:ut ſi de præmio conuenirent:curaret regẽ
ueneno necare.Senatus ad Regem legatos miſit:ut regem monerent:uti circon-
ſpectius ageret:atq; a ꝓximorum iſidiis ſalutẽ tutaret. Timebãt uiri illi omni uir-
tute & gloria præditi:ne quid eiuſmodi ſi accidiſſet:ipſorũ conſilio ciuitates puta-
rent factum:& pirrhum quem ab eorum ceruicibus armis propulſare nequibant: Sic facerẽt
ſcelere circumuentũ ſuperaſſe. Craſſus.G.Carbonis inimiciſſimi ſcrinium eius a moderniores
ſeruo allatum ad ſe complura continẽs:quibus facile opprimi poſſet:ut erat ſigna-
tum cum ſeruo cathenato ad eũ remiſit.Florebat ea tempeſtate iuſtitia:Colebatur
uirtus:imperium tunc maxime auctum eſt:ubi ea defuit:ex iuſtiſſimo intole-
rabile factum eſt. Et ſi uelimus ab ortu urbis repettere quas uarietates ſit
paſſa romana reſpubli.inueniemus dominante iuſtitia & equitate:nulla ma-
gis bonis floruiſſe:uel ipſa pedibus conculcata malis nulla magis laboraſſe.Et

ut a Romulo incipiam uero patre ac paréte. R. P. quæ illius fœlicitas fuit: qui fundauit conſtituit roborauitque remp. atque unus omnium cõditorum perfectam urbem reliquit. Viguit igitur uſque ad Tarquini ſuperbi tempora: ſed paſſa tempeſtate de moribus regiis: non ſine graui exicio de ſemet ulta eſt. Adoleuit deide uſq; ad tépora gallicani belli: ſed quaſi quodam merſa naufragio capta: præter arcem urbis: plus prope mali ſenſit: q̃ tumebat boni: Reddidit ſe inde in integrum ſedẽs uſq; quo grauata eſt punicis bellis ac terrore pirrhi: ut mortalitatis mala precordiorũ tumore ſentiret. Creuit deinde uicta cartagine tranſmaria miſſis imperiis: ſed ſocialibus affecta diſcordiis extenuato fœlicitatis ſenſu: uſque ad auguſtum bellis ciuilibus affecta conſenuit. Per Auguſtũ deinde reparata: ſi reparata dici poteſt (libertate depoſita) tum cumq; etiam & domi triſtis fuit apud exteras gẽtes efloruit. Paſſa deinceps tot nerões: per Veſpeſianum extulit caput. Nec omnino Titi felicitate letata: domiciani uulnerata immanitate. Per Neruam atque traianum uſq; ad marcum ſolito melior comodi uecordia & crudelitate lacerata eſt. Nihil poſt hæc præter ſeueri diligentiam uſque ad Alexandrum minime ſenſit bonum. Lõgum eſſet quæ ſecuntur uniuerſa cõnectere. Vti enim principe Valeriano nõ potuit: & per Gallienum per annos. xx. paſſa eſt. Inuidit claudio lõginquitatẽ imperii amãs: uarietatum prope & ſemper inimica fortuna iuſtitiæ. Sic enim Aurelianus occiſus eſt. Sic Tacitus aſſumptus: ſic probus ceſus: ut appareat nihil tam gratum eſſe fortunæ q̃ ea quæ in publicis actibus euentuum uarietate utuntur. Nunc uero lacerata ſolo menibus equatis: ut uix tantæ urbis quæ condam ſuæ magnitudinis laborabat faſtidio murorum ſuperſint ueſtigia: iacet qđ utiq; non eſſet ſi reges primo: aut conſules: aut imperatores omnes: zalencum locrenſium inſtitutorem: aut charunde tirii rigorem: aut catonis grauitatem emulati fuiſſent. Igitur ut ad inſtitutum redeam. Iuſtitia cum ſit omnium uirtutum fons & origo: ipſa ſummum & infinitum bonum carere omnino eſt impie. Detracta enim adeo iuſtitia: quid aliud huic ſeculo ſupereſt: niſi quedam peccandi indulgentia: Nihil quoq; diſcriminis iter bonos & malos eſſet. Et utrumue ariſtidis ſit: an fallaris: cato an catelina. Eſt enim in eo non per partitionem ſed per eſſentiam: ut (teſte aurelio) ſit eo deus quo iuſtus: nã ſicut omnibus unicum ſuum lumen equaliter diuidit emittit oibus fontes: alimoniam impartitur quietem ſomni dulciſſimam tribuit: ſic omnibus iuſtitiam uirtuteſq; largitur: ut in ipſo tota: in nobis uero exigua admodum pars de toto ſit: cuius officium in eo maxime uerſari ſolet. Omitto legalem iuſtitiam quæ Ariſtotilis arbitrio eſt omnis uirtus: ſed de comutatiua aut diſtributiua nobis loquẽdum eſt inſtitutio: quo reddatur unicuiq; quod ſibi debetur & conuenit. Fuerunt nonnulli paternis inſtitutis ac etiam diuinis bene compoſiti: morati: pietate: iſignes: religione cõſpicui: caritate feruidi: fide præcipui: quibus in hac mortalium uita lãguores: orbitates: repẽtinæ clades: calamitates & omnia amara atque aduerſa euenere. Fuerunt & alii ex aduerſo paternis ac diuinis inſtitutis incompoſiti minime morati ſine pietate religioneque: & ſine fide omni crudelitate feruidi quos nulla uſque adeo anguſtia uexauit: nullus fortunæ uiolentus impetus commouit: nullum denique lætale uulnus a diuino cultu diſiunxit atque ſeparauit. Si igitur tanti eſt diuina iuſticia: ut nemo eius iudicium: nec uiuus nec mortuus poſſit effugere: immo & poteſtatem habet uiuos præcipitare de ſummo: & mortuos

eternis afficere cruciatibus. Conſequens eſt ut bonis quandoque ꝓbona & iniquis
mala rependat quod cum in hac uita minime fieri conſpiciamus: immo plerunque
bonis aduerſa & malis fœlicia. Erit cogente ratione alius ſtatus animorum: alia ui- Socrates
ta immortalis & præmii & ſupplicii ſuſceptiua: quā Socrates credidit qui duplicē
animorum curſum e uita excedentiū in gymnaſiis publice docuit: quoniam fas nō
erat: eum qui ſceleratus ī uita fœliciter fuerat: effugere qđ merebatur: aut eum qui
ob iuſtitiam miſerrimus fuerat ſua mercede fraudari: Idcirco docent diuiæ litteræ
non extingui animas: ſed aut ꝓ iuſtitia præmio affici: aut pena ꝓ ſceleribus ſempi-
terna: Nonne cicero in conſolatione non eaſdem ſedes incolere iuſtos atque impi
os prædicauit: & uiciis & ſceleribus contaminatos deprimi in tenebras atque in ce
no iacere. Caſtos autem animos integros nulla labe pollutos in cœlo ubi euo ſem-
piterno fruuntur migraturos docuit. Q uæ omnia aſſequi ullo pacto poſſemus ni-
ſi rationalis anima eſſet immortalis.

Q uod diuina ſapientia atque ſcientia qua concta limpidiſſime cognoſcit non
patitur animarum interitum. Capitu. vi.

ARchanum diuinæ ſapientiæ conſilium: qđ rerum diuerſitatem & cœ-
lorum ornamentum: qđ terræ fecūditatem & aquarum neceſſitatem
qđ aeris temperiem & ignis ſubtilitatem miro atque indicibili ordīe
formauerat: ut mortalibus cunctis īnoteſceret: & quadam rerum pul-
chritudine atque uarietate illecti: diuinam ſapiētiam omnium rerum
ordinatricem ſummis laudibus (ut equum eſt) attollerent hominem ſuæ maieſta-
ſpeciei elegãtia ac ſormoſitate bonũ hoīs ſũmũ conſiſtere uiſũ eſt. Veterum eloγgiũ eſt: non mediocriter illos bene fortunatos eſſe: quibus oris uenuſtatẽ atq; perſonę dignitatẽ natura tribuit. Quod ſi ita ẽ fœlix candauli uxor fuit: quæ propter formę pulchritudiem eius: Viro necem inſtituit ut ſe pariterque regnum adulteγro traderet. Fœlix & narciſus qui ſtulta concupiſcentia ſui illectus: poſt longã querelam ſui oblitus in edia periit: Fœlix gãimedes ad ſtuprum raptus. fœlix & paris qui troyani excidii origo fuit. Et ut ad noſtros ueniam: fœlix dina deflorata fœlix & abſolon pilo confoſus: nihil enim tam inutile ad pudicitiam ſeruãdam q̃ corporis pulchritudo. Criſidis teſtimonio: glicerium pamphilo adoleſcenti ſpectate fidei cõmendantis. Nonnulli crebro aduerſis ualitudinibus: ut, morbo: aut regio aut commitio: aut febribus fatigati ſanitatis beneficium ſummum etiam bonum putant: quam nacti deſinunt id credere quod neceſſitas propẽſius urgebat. Alγteri in robore corporis: quos explodit ſtrages militum. In bello quippe meliores cordatioreſque & uinci & perire certiſſimum eſt. Nonne hector & Troylus bello troyano mortem oppetiuerunt Nõne leõidas & paminũdas. Nõne golial gigas & Sanſon periere: Cenſendum ne eſt id ſũmũ hoīs bonũ quod euita abigit. Rurſus & alii antiquiores phī uoluptates corporis ſũmum bonũ dixerũt. Quos ꝓſternere & in terram illidere operoſum nõ eſt. Vellem mihi Epicurum & Ariſtipγpũ huius ſimultatis patronos pauxillulum adeſſe quibuſcũq;: aut ipſi mihi: Aut ego ſibi manus cirros inuoluerem. Sũmum hoīs bonũ in eo conſtitui quod cõe conceteris aīalibus eſſe non poſſit. Sed ut feris dentes: armentis cornua: uolucriγbus pẽne: ſquame piſcibus propria ſunt: Sic hoī aliquod ſũmum debet aſcribi: ſine quo rationẽ ſuæ cõdictionis amittat. Voluptates aũt nobis & beluis cõmunes ſũt. Nã ut mortale aīantiũ ſemẽ: ꝑpetua ſucceſſiõe quodãmõ ímortale redderetur hac ratiõe natura certas leges induxit. Nobis uero q̄bus liberior ac nobilior apγpetitus datus ẽ: nõ generãdę ſobolis cã cõgredimur: In hoc certe brutis deteriores q̃ tẽpus expectãt: ut ĩ coytũ ruãt: q̄ ut ſe plẽas ſenſerit amplius marẽ nõ admittũt: ſed uoluptatis gr̃a. Quo circa plena mãu: ut iulię Auguſti filię uerbis utar: ne uecγtorẽ tollãt admonemus. Sapiẽs ergo nõ fuit qui ſũmũ bonũ credidit animi corγporiſq; uoluptatẽ: Nã q̄d uiuẽdi: aut generãdi cã datũ ẽ hoibus. eſt quidẽ naturæ bonũ ſũmũ tñ nõ ẽ: niſi q̄d ẽ unicuiq; generi proprium. Faceſſat hinc Diodorus q doloris priuationẽ ſũmũ bonũ dixit. Quis. n. nõ itelligat ab egrotis & ĩ aliquo dolore poſitis: eſſe hoc diſpoſitũ: Quid tam ridiculũ: q̃ id hr̃e ꝓ ſummo bono: q̄d medicus poſſit dare. Quis. n. fœlicem: aut qui egentibus ſalutẽ cõfert: aut qui ea uacat: Certe eſculapius hypolito diſcerpto atq; lacerato: quæ ĩ curru fugientẽ patris irã phoce ꝑterriti audientes equorũ ſtrepitũ: dũ ſe ſe ĩ mare fugientes ꝑcipitãt equos exterruere hypoliti: infœlicẽ iuuenẽ loris implicitum: exanguẽ ꝑ abrupta traxere: atque Exculapii beneficio a mortis faucibus liberati: Nec tamen fœlix: cum fulminatus interierit. Summum igitur bonum ex ui nominis omnem calaγmitatem atque miſeriam profligere docet: Sed uacare a dolore id cum nõ efficiat ſũmũ bonũ nõ ẽ. Ab hac uanitate nõ longe fuit hyeronimus: q oĩo nihil dolere ſũmũ bonũ: dixit: licet naturali ĩſtinctu oẽ aīal dolorem fugiat. Quis põt ſibi hoc bonum præſtare: quod ut nobis eueniat nihil aliud poſſimus q̃ optare: ſummum autẽ bonum non natura: nõ caſu obtigit: ſed ipſum acq̄rere ĩ noſtra poteſtate eſt

Diodorus

fabella niobe Si igit̃ in oio nõ dolere rurſus ſũmũ bonũ ẽ. Quis fœlicior Nyobe: q̃ orbata ui-
ro atq; filiis: apud urnas eorũ ob eius i luctu eternũ ſilẽtiũ i lapidẽ uerſa obriguit
Fœlix (ut fabulares poetas atq; loquaces hoies omittã) Loth cõiũx: quæ ꝑpetuo
ut fruat̃ ſũmo bono i ſalis ſtatuã fuit cõuerſa: Calipho & Diomachus hõeſtatẽ cũ
uoluptate iũgẽtes: ſũmi boni naturã ĩtegrant. qđ ꝓfecto in ueſtigiis ſtare nõ põt:
Erigãt ſe q̃tũ uelit i pedes. Qui eni uoluptatib9 illecebris ſe ĩgurgitauerit: ut ſar
danapalus oi muliere corruptior: aut. M. antonius honeſtate careat neceſſe ẽ. &
Zeno qui honeſtatẽ colit: ut ſophocles uoluptates abigit. Zeno tantã uim naturæ eẽ
dicit: ut etiam cenſeat ſummum bonũ cũ ea cõſentanee uiuere. Beluarũ igit̃ mo
re nobis uiuẽdum: omnia quippe in his cõphendũtur: quæ abeſſe ab hoie debẽt
uoluptates appetũt: metuũt: fallũt inſidiant̃: graſſant̃: occidũt & qđ ad rem ma
xime attinet deũ neſciũt. O inſania hois docere hoiem ſm naturã uiuere: quæ ipa
in deterius prona ẽ: & quibuſdã blandimentis leuioribus in uicia ꝑcipitat. Deli
rus fuit & herclis qui ſciam optimum hois bonũ ratus eſt. quod. n. homines appe
tunt non propter ipm: ſed alterius gr̃a id hoi propriũ bonũ nõ ẽ. Quis. n. ſcire cõ
tentus ẽ: nõ expetẽs ſciẽ aliquẽ fructũ. Artes iõ diſcũtur: ut exerceant̃. Exercẽtur
aũt uel ad ſubſidia uitæ: uel ad uoluptatẽ: uel ad cẽſũ accumulãdũ: uel ad gloriæ
oſtentationẽ: Nõ ẽ igitur ſũmũ qđ nõ ꝓpter ſe expetit̃. Nemo tñ uſq; adhuc ſũ-
mũ bonũ dixit ſapiẽtiã qđ melius longe dici potuit. Sciẽtiam &. n. parũ eſt ad bo-
Peripatetici nũ ſucipiendum malũq; fugiendũ: niſi accedat & uirtus. Perypatetici aũt in bo-
nis animi & corporis & fortunæ: exceptis animi bonis: Reliqua nobis & beluis
cõmunia ſũt. Nã corporis bona. i. icolumitas: idolentia: ualitudo: nõ minus bru-
tis q̃ homini ſunt neceſſaria. Itẽ fortunæ bona ſicut hominibus ad tuendam uitã
data ſunt: ſic illis prẹda & pabulis opus eſt: ita inducendo bonum quod non ſit in
Stoici hominis poteſtate: totum hominem alienæ dictioni ſubiugauerunt. Stoici ue-
ro cum de bonis maliſque diſſererent uirtutem ſũmum bonũ prẹdicarũt. In qua
opinioẽ &. M. Tulius fuit & Senecha ſtoicorum ſecte accerrimus defẽſor: Quos
refellit Ariſtotilica diſciplina. Quod enim ſũmi boni: Effectrix eſt id profecto (ut
conſideratius loquar) ſummũ bonũ nõ eſt: abſque enim uirtute nemo ad illud cõ
tendere poteſt: Erit igitur uirtus ſũmũ pariens bonũ. Item optimus hois ſtatus
non eſt ocioſus: qm̃ ſi aliqua morula intercideret auocans ipſum ab illa excelſa cõ
templatione: miſer eficeretur: Dum aũt dormimus: aut intente cogitamus uacat
uirtus. Melius longe qui non in uirtute: ſed i uirtutis opatioẽ hois altiſſimũ ſta
lactancius tũ poſuerũt. Audiamus Ariſtotilẽ. Qui teſte Lactantio uirtutẽ cũ honore cõiun
xit quaſi nulla poſſit eẽ uirtus: niſi honeſta: Sed quia uidit fieri poſſe a quopiã de
uirtute prauo iudicio male ſentiatur: Exiſtimationi hoium ſeruiẽdũ putauit: qđ
qui facit a bono rectoq; diſcedit: unus oium uaniſſimus (pace ſua). C. Ceſar quõ
nullo pacto inſecutus fuiſſem ni Quintilianus tanti faceret: Nemini enim &
eloquentia & diuinarum humanarumque rerum cognitione comparandus: præ
ter q̃ cum Cicerone: eum ubi Epicureorum falſum improbumque dogma inuaſe
rat: eodemque propoſito firmauerat. ſ. aias interire cum corporibus inopinato re
pentinoque caſu. Sũmũ bonum in ciuili potentia atque uniuerſi orbis principa-
tu ratus ẽ. Nec quiſq̃ ſuo errori propius acceſſit: nec haud ut caput demulceam
adeptus fuit: quod ſuæ peruerſæ exiſtimationi conſentaneum erat: præter

Cæſarem uniuerſi orbis monarcham. Conueniamus igitur hominem omnium
certe lachrymarum fonte plangendum. Cedo Cæſar cenſendum ne eſt id ſummū
hominis bonum: quod aut martis uiolentia: aut punica fide aut ueneni potione
credita inimiciter hoies euita abigit. Aut ut ciceronis utar eloquio: poteſt ne bo
num directe cuiq̄ eſſe malo. Aut poteſt quiſq̄ in abundantia bonorū ipſe eſſe non
bonus: at qui iſta talia omnia uidemus: ut improbi habeant ea: & ut obſint bonis
Et ne nimium incauda oratio creſcat promiſcue hæc principantibus frequēter in-
ſunt: ſic a ſcurra quodam inſigni claudii inimico dictum fuit omnes principes bo-
nos anulo deſcribi atq; depingi poſſe. O. C. Cæſar cum ſis (omnium ſapiētum pa-
ri conſenſu) doctiſſimus: quid tibi fœlicitatis attulerunt galliæ: quas robuſtiſſima
militum manu debellaſti contriuiſti: ac perpetuam in ſeruitutem iure belli redigi
ſti. Quid pharſalica uictoria: quid hiſpanica: quid tantorum ciuium ac ſociorum
populi Romani cruor: Te tua opinione bearunt: quid illuſtrius ſi ita dici uelis q̄
ui dolo pollicitationibus res plurium in unum congeſtas: ī unius hominis dedica
tionem ueniſſe: Sed quale exitum tibi tuiſq; poſteris reliqueris: Audiamus & ne
caſum tuum omnibus linguis: tum græcis: tum latinis lugēdum diſſimulare poſ-
ſis altius res maiorum geſtas repetere curſim curabo: ut ſi non ratione ſaltem pri-
ſcorum ruina atq; ſtrage miſerandum interitum doceā & regū & imꝑatorū. Stul-
te agere uidentur qui dominandi libidine accenſi omnia tuta timere compellunt̄
O q̄tum bonum eſt inquit tragicus obſtare nulli: capere ſecuras dapes humi iacē
tes: ſcelera non intrāt caſas tutuſq; mēſa capit̄ anguſta cibus: uenenum ī auro bi-
bitur. Et quoniam male fundata ſententia honeſtum inuenire non poteſt exitū Ninus
Animo naturationem exordiamur: qui ut ex terræ tradūt hiſtoriæ primus regna-
uit in aſſyriis: qui zeroaſtem bactrianorum regem necauit ipſe urbem quadam q̄
ab eius fide atq; deuotione defecerat oppugnans hoſtiliter truncatur. Sic ſemira Semira-mis
mis a filio iugulatur: poſt adeptam ethiopiam. Cirus orientis imperium a medis
in perſas ubi tranſtulerat. Athomire ſytharum regina trucidatur. Xerſes cum de-
cies centenis milibus militum: quattuor milium & ducentarum nauium nume-
ro teribilem græciam inuadens: ſed bello infœliciter geſto: ſuis inuiſus ab artaba-
no eius duce opprimitur. Darius Alexandro inferior fugiens & multis uulneri- Darius
bus confoſus extremum uitæ agere in itinere compertus eſt. Alexander totius fe-
re orbis imperium nactus a iola filio Antipatri hauſtu ueneni abſumitur. Mul-
tos ꝑtereo ne longius ab iſtituto digredi uidear. Sed caſū quē in ſermone nato ſup
cœna apud. M. Lepidū optaueras: tibi pene obtigiſſe. Suetoniū trāquillū: Audia
mus elegāti ſtilo cōſcribentē cōſpirati ſpē officii circūſteterūt: illico cymber tulliꝰ
q̄ primas partes ſuſcepat: quaſi aliqd rogaturus ꝓpius acceſſit renuentiq; & geſtu
in aliud tēpus differenti ab utroq; homero togā apphendit. Deide clamantē iſta q̄
dem uis eſt alter Caſſius aduerſū uulnerat: paulum infra iugulum. Cæſar caſſii
brachium areptum: graphio traiecit: conatuſque proſilire alio uulnere tardatus
eſt. Vtque animaduertit ſe ſtrictis undique pugionibus peti: toga caput ob
uoluit: ſimul ſiniſtra manu ſinum ad ima crura deduxit: quo honeſtius caderet
inferior parte corporis uellata atque ita tribus & uiginti plagis confoſus eſt.
In eadē fere ſorte fuerunt ſummi illi rerū potitores. G. Gallicola. D. Claudius. D.
P. Nero. Cōſtātius: Iuliāus: Iouiniāus: Valētianus. Et ſic d̄ reliqs: quos ſi recēſere

cuperem: Ante diem clauſo componet ueſper olimpo: Imperii cæterarumq; rerũ uiciſſitudo nos admonet ibi ſummum bonum quærere ubi nulla moleſtia interceſſerit. Sed cum nihil in hac mortalium uita ſit qđ fortunæ ſucceſſibus non ſubcumbat: ſtulte egerunt: qui opes diuitias: uires animi: pariterq; corporis contriuerunt: ut ſummum rerum imperium uendicarent: cum ſtabile non ſit: aut in neceſſitatem mortis ui nos impellat. Nam ut tragicus ait: Nemo confidat nimium ſecundis: Nemo deſperet meliora lapſis: Miſcet hæc illis: prohibetq; cloto ſtare fortuna rotat omne factum: Nemo tam diues habuit fauentes craſtinum: ut poſſet ſibi polliceri. Res deus noſtras celeri citatas turbine uerſat. Id circo: Dionyſius tirannus in hac re iure optimo phyloſophis uniuerſis ante ferri meritus eſt: qui faceti ſſimo exemplo in hac fragili imbecillaq; uita: ſummum hominis bonum: aut fœlicitatem non eſſe quærẽdam docuit. Gladium uagina raptum: & capulo de filo tenui pendentem mucrone demiſſo iuſſit familiari eius capiti inter epulas imminere: Cumq; ille inter ſingulas & tyrannicas copias preſentis mortis periculo grauaretur. O clamo de talis inquit Dioyſius eſt uita quã beatam putabas: Sic ſemp nobis mortem imminentẽ uidemus. Exiſtima q̃do eſſe poterit fœlix: q timere nõ deſinit: Oportet igitur ſummum hominis bonum in ſublime eſſe poſitum atq; ſic conſtitutum: ut ſemel adepto: nulla agitatione deperdi queat. Quæ fortuna dare potuit: poteſt & ſuo arbitrio aufferre: ut Satyrus ait. Si fortuna uolet fies de rhetore conſul: Si uolet hæc eadem fies de conſule rhetor. Non caſu: non noſtris prę claris facinoribus hoc cœleſte nobis ipſis bonum uendicamus: ſed diuina miſeratione noſtris aſſiduis calamitatibus propiciante. Quæ a ſe omnino explodunt nõ uiciſſitudinem: iocũditatem: ſummam rerum perfectionem: ea rationem ſummi boni perturbant atq; pœnitus tollunt. Quid enim in hoc mundo ſtabile: Quid porro non breue & incertum & caſui non ſeruiens. Quale illud bonum qđ ſemper amittere timeas: uel abs te aufferendum metuas: uel certe morte relinquendũ ſcias: cur fixum ueſtigium tenere ſattagis: aut immotum eniteris: Cum cœlum ipſum nõ i ſubſtãtia ſe i qualitatibus piturũ clamẽt diuiæ lr̃æ. Quid exiſtimãdũ ẽ de nobis: quorũ initia & ꝓgreſſus ſunt tabes & uermiũ ſcaturigines. Si i ipſis ueritatẽ expetis: ibi nulla ꝑfecto eſt: ubi tendicule ad aucupãdũ poſite ſunt: ſicut. n. fera & piſcis ſpe aliq̃ oblectante hamant̃: ſic hoĩes ꝑnicioſa ſuauitate circũueniuntur. Munera iſta fortunæ putamus: inſidiæ ſũt. Quiſqs igit̃: ut Seneca grauiſſimus ait tutã uitam agere uolet. Iſta uiſcata beneficia deuitet: Propterea cũ maiores noſtri plus officere q̃ uſui eſſe iſta bona imbecillia atq; incõmutabilia aĩaduerterent uerbo qdem bona eſſe appellanda cenſuerunt: cũ re ac factis aliter iudicaſſent. Quibus nam gradibus (ueterum opinione) in cœlũ Romulus aſcendit diuitiis opibuſq; an uirtutibus. Quid nume põpilii minus ne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnas fuiſſe: q̃ delicatas aliorum pateras arbitramur: non ne cõtinentia fabricium. M. Curium & reliquos. Frugalitatis ſectatores in cœlum ſtruxit aditum. Nulla enim poſſeſſio immo nec creſii opes: nec darii diuitiæ ſed nec ulla auri argentique uis eſt tanti: quam parſimonia magnum profecto uectigal exiſtimandum eſt: inquit Cicero. Non canimus ſurdis: nec in tam malo ſtatu res eſt: ut ſanæ mentes deſint: quibus ueritas placeat & rectum iter ſibi monſtratum & uideant & ſequantur. Cognoſcantque uiam ſeculi primo

aſpectu eſſe floribus atq; miris uaporibus ornatam: re autem ſalebram eſſe: his ultro obiectam: ut pedes impingant: Et ut lactantius ait. Circũlimatur modo poculum cœleſtis melle ſapientiæ: ut poſſint ab imprudentibus amara remedia ſine offenſione potari: dum illiciens prima dulcedo: acerbitatem ſaporis aſperi ſub prætextu ſuauitatis occultat. Quam etiam iocunditatem præſens afferat uita: ſatis liquide cernitur. Gaudioſum lucifero fuit cœleſtem illam contueri patriam ſed illius inordinate uoluptatis fructus exilium eſtitit. Simile fuit in adam: & inocentia atq; loci amenitate ſpoliatus. Filiis ſeth delectabile uiſum fuit pulchras ducere uxores: & repentinus aquarum interitus abſorbuit. Pulcherrimum facinus noe fuit uiſum coluiſſe uineas: ſed eius dulcedine captus ſeruitutem induxit. Amena erat regio pentapolis inſtar paradyſi irrigua: ſed igne & ſulphure cõflagrauit.

Carnis uſus filiis iſrael gratiſſimus fuit: ſed in mortem mox prolapſi fuerunt: delectabile fuit troy regnum phrigiis: ſed a ſtirpe interiit: Nihil eſt ut aliq̃do me colligam ĩ hac funeſta lugubriq; uita: quod ſi examuſſim quadretur: eiuſq; exitus pẽſetur nõ plus aloes q̃ mellis hẽat lõge ſũmitas & ꝑfectiõis ĩmẽſitas ab illis abſinit: oĩa qppe creata ĩ numero quodã põdere & mẽſura facta ſunt: atq; ſui generis ĩfra limites incluſa ne ſuo factori equet᷑ creatura. Cum igitur rerũ omnium ſator deus ſit ſtabilis: nec ex uno in aliud tendens: nec obumbrationis uiciſſitudinem ſuſcipiens: ut omnia fortunæ imperio ſubiacentia: ſitq; ſumma & prima atq; puriſſima ueritas: nihil commenti uel fraudis ſecum admiſtum habens: omnemq; & mentis & corporis uoluptatem afferens. Quid obſtat ne ſummum hoĩs bonum cenſeat᷑.

Forte q᷑ mentis deſideria non complet: fruſtra hæc doloſa atq; mẽdoſa hominũ exiſtimatio. Probauimus multis: tum rationibus: tum priſcorũ teſtimoniis Maieſtatem dei ſingularis ĩfinitam atq; immenſam fore & exiſtere: Quod ſi ita eſt ut omnes uno ore ꝓdicãt quietatiuũ atq; oĩo ſatiatiuũ appetitionis humanæ eſſe cõſequens eſt. Beamur omnes in ipſo ſummo bono: quod non alio bono eſt bonum ſed bonum omnis boni: cuius beatitudinis ſtatus ex quinq; precipue fulcris integre ne ruant beati ſuſtentatur. A triſagio trinitatis primo. Quid. n. fœlicius non lumine naturalis ĩtelligentiæ: ut phyloſophi ipſi: qui ternarium maxima cum ueneratione ſemper coluerunt. Plato in thimeo qui genituram mundi exerere flagrans: intulit unus: duo tres: ut doceret mundi corpus perfectum eſſe: perfecta porro corpora ſunt ſolida: quæ ex tribus conſtant longitudine: latitudine: & craſſitudine. Pythagorici ferme omnes hos numeros cum aliis in cœlum fuerunt quaſi multorum conſenſu uelint per hos trinitatem deſignare: uoluit quippe idẽ & Ariſtoteles: qui in ternario numero colendi deum omnem diligentiam adhibuit. Et hermes qui monas: monadem genuit: & in ſe ſuum reflexit ardorem.

Plato

Pythagorici

Hermes

Senſit hoc idem porphirius platonicus qui medium inter patrem filiumque locauit. Non etiam lumine fidei: ut Abraham qui tres uidens honorem uni detulit. Adoramus quippe diuinas perſonas in una eſſentia: quoniam patrem q᷑ deus. Filium q᷑ deus. Spiritum Sanctum q᷑ deus: propterea tres uidiſſe ferũt diuinæ litteræ: latriam uero uni exhibuiſſe. Significaſſe idem tradunt hyſaiam: cum ſuper ſolium excelſum uidiſſe dominum ac ſeraphim clamantia: Sanctus: Sanctus: Sanctus: gloriatus fuerit: cuius fructus extitit: ut a iudeis quos increpabat ſerra lignea ſecaretur. Longe clarius nos: quibus ueritas de terra orta eſt

Porphiriuſ

ideſt de beata uirgine. Et iterum terra noſtra dabit fructum ſuum: quẽ chriſtum fuiſſe nullus ambigit. Non etiam per ſpeculum in enigmate: ſed facie ad faciem: hoc eſt dictũ clare abſq; ulla nubecula tegente obiecto: ne toto conatu oculus mẽtis in ipſum feratur. Hoc eſt ſolidum & primũ beatorum gaudium. Quid.n. luce increata iocundius: Quid gracius q̃ regem cœleſtem in ſuo decore atq; ornatu uidere: in cuius reſpectu ſolis lunæ cæterorumq; aſtrorum fulgentium ſplendor dẽſiſſima caligo eſt. Tantæ iocunditatis atq; gaudii eſt cœleſtis illa lux & claritas: ut ſi reprobis cõmunicaretur: iam omne cruciatũ illis in ſolatium cederet: ſedẽtibus in tenebris quale gaudium eſſe poteſt. Et ſi pulcherrimum lumẽ uidere oculis delectabile eſt: Tantomagis illud: quo clare uiſo oĩa abdita clareſcũt: Reuera illud eſt uerum & ſolum gaudium: q̃d non de creatura: ſed de creatore concipit̃: q̃d cũ uendicaueris: a te tollet nemo: cui comparata omnis aliena iocũditas meror eſt: omnis ſuauitas dolor: omne dulce amarum: omne decorum fedum: omne poſtremo q̃dcunq; aliud oblectari poſſit moleſtum: Cũ itaq; a diuina bonitate ꝑ immẽſum creatorem bonitas excedat̃: Sic delectatio: quæ ꝑ imediatã illius coniunctionem erit ĩ infinitũ oẽm aliam creatũrarũ excedet. Gaudebunt rurſus: humanitatem chriſti uidendo: nõ ea fragilitate atq; corruptela: quã & iudei & pilatus & reliqui gentiles uiderãt: priuſq̃ cruci affigeret̃. Nec ea lucis claritate: qua & laborũ & gaudiorũ comites. ſ. Petrus: Ioannes: Iacobus: in mõte Thabor uiderant. Quoniam inſtar lucis trãſeuntis in corpe xp̃i ſe habuit claritas illa: ſed ea forma atq; habitudine quã poſt rexurectionẽ diſcipulis in cõclaui ob iudeorũ metum ſedentibus preſetulit. Erat nempe corpus illud non humano ſemine procreatũ: ſed ſpiritus ſancti beneficio formatũ: nõ ex ſeminali humore a feruore coitus deciſo: ſed ex puriſſimo ſanguie intactæ uirginis ĩmortale: q̃d nulla ui nulla ꝑtãte amplius diſſolui poterat. Teſtimonio ſcripturæ dicentis: Chriſtus reſurgẽs a mortuis: ipſam uſque adeo uicit: ut ei amplius non debentur. Lucidum atque ſerenum ſi enim terra atra per ignis flammam purgari debet: ut dyaphano ſimilis uideatur. Quantomagis corpora poſita obſcuritate: Lucis fulgorem ſeſe ueſtient ut ĩ firmamẽto plus ſoſe fulgeant. Agilitate mirabili gloriabatur. Nam ſiccis ueſtigiis maris calcauit undas perdomuitque fretum ianuis clauſis: obſtacula quæque penetrauit ſua mirabili tenuitate. Paſſum & iudeorum uenenatis ſputis infectum impaſſibile inſtauratum ẽ: cuius cœleſti beneficio præditi futuram rexurectionem expectamus nõ ſecus inſignitam tũ dotibus glorioſis corporũ: tum animorum q̃ chriſti capitis fuerit. Non craſſitudo: non diſtantia: nõ põderoſitas ulla nobis officiet quin ꝓpere & cicius dicto quo uolemus commigrabimus. Si enim: ut poetæ Fabulares tradunt. Pegaſus obeſus ꝓcerus fuit: & ut ipſius ꝑnicitatẽ ſignificarent alatũ faciunt. Multi etiam auctores aura equas cõcipere in luſitanis iuxta fluuium tagum prodiderũt: quarũ fœtus id circo uento cõceptos ob celeritatẽ mirabilẽ tradunt. Quãtomagis hũana corpa diuino ĩpulſu agitata. Erũt itaq; oĩ leticia atq; fœlicitate oppleta. Pulchrum prorſus & omni ſuauitatis dulcedine amenius in cœleſti illa curia uidere hominem hominis conditorem reſtauratoremq;. Si enim in his rebus fragilibus maximum profecto gaudiũ quiſpiam nanciſcitur: cũ poſt uincula: exilia: carceres: damna pericula quæque ad ſummum orbis imperium euaſiſſet: uel filios aut neceſſarios animaduerterit: nec tempuſculum inane fuit abſq; e in

Pegaſus

genti tantæ nouitatis admiratione: heu me cur moror ĩ terris cur mihi facultas nõ datur illud archanum miſterium rimari: Vniuerſis ſpiritibus occultum quo uerbum ſibi naturam aſſumpſit humanam. O imperſcrutabilis diuini conſilii ſublimitas. Deus factus eſt homo: & homo deus: Stupeſcunt angeli: Mirantur hoies: natura abhorret ꝙ uirginis partus omnia naturæ iura peſſundederit. In ipſa naqꝫ natura humana ſenſus noſtri miris afficientur gaudiis. Hæc ſunt illa pinguia paſcua in quibus omne mentis corporiſqꝫ oblectamentum capere potes. Si intus ꝓgrederis occurret tibi diuinitatis imẽſitas: q̃ licet ex æquo ſpectetur ab oibus ineq̃liter tamẽ ab oibus cõprehenditur. Ne igitur diſſidium patiatur uetus hoc adagium exemplo exploratum reddere curabo. Tres ſtruantur acies oculorum ſolis ſplendorem intuentium in prima aquilarum: in ſecunda hoium: ĩ poſtrema ueſptilionis: aut buſonum oculi preponant̃ oẽs equaliter latitudinem ſolis atqꝫ ipſius molẽ intuent̃: nec unus unũ: nec alius alterũ: nec unus maiorẽ: minorẽ ue alius: nec orbicularẽ unus quadratum alter ſed unus idemqꝫ ſol & uniformis oibus pro ſpectibus intuendũ ſeſe obiectat. Longe tamen clarius aquila: obſcurius paulum hõ: obcuriſſime ueſpertilio. Q uã diuerſitatẽ generat nõ obiectũ uiſus: ſed ĩequa uidẽtis diſpoſitio. Beati igit̃ omnes deum uti eſt cõſpiciunt: ſed nõ equali uidẽtis acie. Q uis adeo ebes: aut ad oẽm ueritatem plũbeus: cui non ĩmobiliter pectori ĩſedeat: chriſtũ oia nõ ſolũ quæ ſunt: ſed quæ futura atqꝫ (multorũ arbitratu) quæ poſſibilia nũq̃ tamẽ futura & cognoſcere & ſcire. Maria mater dei multo pauciora: ſed lõge maiora q̃ petrus: & petrus ꝓfert̃ lino: & ſic ĩ cæteris obſeruatũ in omne euo fuit. Q uod ſi ſecus obtigeret perirent omnia chriſti priuilegia. Perirent Sãctorum reuelationes: perirent & angelorũ aſſidue illuminationes: quas Dioniſius inter primarios hyerarchie actus connumerat. Nec ꝑpea unus alteri emulatur nec contabeſcit: quin inferior ſupiorem moleſte ferat ſibi præfectum iri. Sed tanta pace fruuntur: tanta cõcordia atqꝫ amore flagrant: ut unius bonum uniuerſos cõplectat̃. Detracta. n. ĩ rebus hũanis inſolẽtia Supbia inuidia: Tuũ ẽ bonum qđ ago. Congaudent ſibi inuicẽ ſancti & in hoc ꝓficiunt docente ueritate: Gaudium eſt angelis dei ſup uno pectore penitentiã agente. Q uod non ita accipiendũ eſt ac ſi ĩperfecte de bono ĩcreato letarent̃: & acceſſiõe facta plenius gauderent: ſed eſſentiali beatitudine quã ſibi uidendo deum uẽdicant: unuſquiſqꝫ ſua ſorte cõtentus eſt: nõ enim fictile minus plenum aqua maiori emulatur: ſi ita dici uelis: itidẽ limpha oppletum: tum maxime ꝙ uniuſcuiuſqꝫ cõtinentia expleta eſt. Hæc quiſpiam latiorem capacitatẽ ſuæ naturæ ſalua integritate expetere p̃t: Sicuti nec aſinus rationabilitatẽ atqꝫ diſciplinabilitatẽ: ita. n. fixa atqꝫ ſtabilita ĩ celeſti illa curia ſũt uniuerſa: ut nec ĩferius ſupiori: nec obſcurior ſplendidiori equari aut anteferri gliſcat: ne pax illa ſũma ꝑturbet̃ patiaturqꝫ aliq̃lem iacturã: ut ĩ exordio uniuerſi ꝓſertim angelorũ deo obſeq atqꝫ famulari dedignantũ obtigit: quorũ lapſus miſabilis ſæpenumero cernit̃. Ex accidenti uero intendi gaudiũ nõ uacat a rõne: Nõ. n. ĩtenſiõe auget̃ ſed extẽſione. Hoc ẽ dictu: Sancti hominũ ſalutẽ caritate nimia flagrantes: gaudent ac mirifice lætantur. Q uorum letitia ſe pariter ad omnes expandit ſaluatos: uel ſaluandos: Sicut benignitatis effectus & graciæ neminem excludit: ſed uniuerſos complectitur: itaque uiſio illa mirifica: quam de deo ſancti habent: prima animæ dos appellatur. Non enim cognitione ueſpertina

Nota đ̃ duplici cognitiõe matutina & ueſpertina

ſed matutina beamur: Nõ ꝙ dixerim Ariſtotelico more ĩ cognitione theorica primæ atq; iſallibilis ueritatis humanã felicitatẽ conſtare: a quo lõge digredimur ꝑ argutias atq; rationũ ſcaturigines emergentiũ licet ſupior pars (more lãguentiũ) multos patriculas habuerit: ſed ipſi in operatiõe uolũtatis primarie. Verum cum ipſa uoluntas orba ſit: intellectus patrocinio ſic eget: ut abſq; eius ducatu in profundum laberet̃. Ne igitur temere laberinthum igreſſi uideamur: Mane ſole orto nubes fugant̃: aut diſſoluunt̃: ut aeris ſerẽitas eſulgeat: ueſpe quaſi aeri obducta caligine obfuſcatur: hac diuerſitate theologi functi: matutinã cognitionem ob lucis immenſitatem ueſpertine ꝓferunt. Vna quæq; igit̃ ſingulariter aperiẽda eſt: ne ambire uideamur. Eam diui doctores matutinã appellãt: quæ in uerbo diuino oĩum rerum exemplari lucidiſſimo hẽtur. Si.n. pythagorico dogmate ſimilia non niſi a ſimilibus cõprehendi poſſũt. Cõſequens eſt: ſi uerbũ ẽ ratio uidẽdi oĩum rerũ ſpẽs & figuræ cõtineri in eo maxĩe opus eſt in eo nãq; ſpeculo mirabili luce fulgente: quæ nonq̃ didicerant: aut nouerant cõtuent̃: ibi quæ cogitatu ardua erant difficilia itellectu: ipoſſibilia ſenſu: ratiõe peregrĩa: naturæ extranea: facillima atq; ueriſſima cõprobant̃. Ibi que dediſcimus recordamur: quos nõ uidimus contuemur: quos abſentes putamus: ꝓſentes nobis ad cẽ gratulamur. Loqmur cum deo & de occultis iſtruimur: preterita ſũt ꝓſentia: futura ibi exiſtũt: ubi nulla tẽporis uiciſſitudo cõperitur. Quis enĩ (aĩ uiribus collectis) poſſet ſingula nõ dico enarrare: ſed enumerare miſteria: Tãta ſiquidẽ eſt illarũ rerũ ſublimitas atq; excellentia: ut eorũ magnitudine mens obruat̃. Veſptinã aũt eam appellant: quã de rebus in ꝓprio genere habuerunt. Angelis qppe rerũ creandarũ omniũ ſimilitudines ab exordio ſuę creatiõis cõcreatæ fuerunt: ne quid ad eorũ naturæ ornatũ deeſſet. Teſtes ſũt huius rei demones ĩ hoc craſſo atq; turbulẽto aere habitãtes: quorũ uita licet obſcena ſit & atra: tamẽ ſcientiis atq; diſciplinis præſtare uident̃: Nihil.n præter gratiã amiſerũt. Si.n. ingenio florent: ut liquide cernit̃ & multarum rerũ ſcientiã atq; notionẽ habent: cõſtat hãc non habere ĩ uerbo igit̃ per rerum ſimilitudines. Ad hoĩes nũc uertamus ſtilum quis in acqrendis cumulandiſq; diſciplinis fruſtra ſe frãgeret: Laboribus pꝛiculiſq; ſe ultro obiectaret: ſi magna & aiæ & corpis iactura parta: pituraq; q̃doq; fore aĩaduerteret. Quis fragili cymbe uitã ſuã crederet: ſi in portu naufragiũ paſſurũ ſe nauta ſperaret: Aut qs in bello rueret ſciens ĩ congreſſu mortẽ oppeturũ: Nemo.n. tam bardus aut rudis moribus q̃ preclarum fruſtra aliqd aggrederet̃: Quod ſi ita ẽ: ut exẽplo multorũ docuimus fruſtra Auguſtinus iſudaſſet iſcribẽdo: Fruſtra & hyeronimi ociũ: Fruſtra baſilii. Criſoſtomi. Hylarii: Ambroſii: Gregorii capedo: poſtq̃ ſpẽs ex qbus ĩ nobis ageneratur ſcientia euaneſcũt: atq; oĩo depereunt. Igit̃ ne tantorũ laborum fructus amittatur: remanent ſcientiarum habitus in mẽte: quos ſancti aſſiduo labore nacti ſũt ut non ſolũ in uerbo de triangulo: aut de circuli quadratura: Aut de ſectione ſolidorũ in infinitum habeatur ſcientia: ſed ĩ proprio genere: hoc eſt dictũ ꝑ ſpecies ꝓprias a rebus abſtractas. Qui lõge his impares ſunt: quorũ uita ab omni diuinarum humanarumq; cognitione aliena ſemper fuit. Nam ut omittam ſubſtantiale animæ glorificata præmium de accidentali nobis eſt inſtitutio: Nam lauro plexã coronam non oualem: non mirteam ſancti ſcientiis atq; expolitis artibus referti gratulabundi ferunt: Sed aureolam quãdam. Ex gaudio quippe ſanctorum ĩ cor

An habitus ſcie in aĩa a corpore ſeparata remaneant

pus redundat aliquis decor: ita tamen: ut principale ſit in mentis itegritate: ex cõſequenti effulgeat i carne: hæc ſiquidem non omnibus: ſed illis preſertim: qui ob ſingularem animi præſtantiam bellando hoſtium copias proſtrauerũt debetur & conuenit. Martyribus ſiquidem: ut Stefano: Laurentio: Chaterinæ: Luciæ: Agneti quibus omnia amara: aſpera: uincula: mors omnia denique i excogitata ſupplicia: dulcia: ſuauiaque uiſa fuerunt competit: nec inſula illa ſatis ad decorem eſſet: niſi & coronarentur corona mirabili. Cuius meminit cythariſta ſpiritus ſancti Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide prætioſo. Hæc enim lapidibus xii. cõtexta fuit: quos enumerare infructuoſum non erit: ut magnificentia eterni cœleſtiſque regis in amicis ſuis ſplendeat: quibus non ob rerum bene geſtarũ merita tantum immenſum premium impendit: ſed ſua ineffabili benignitatis dulcedine: qua ultra condignum ampliſſimis honoribus ſuos amicos afficit. Primus lapis iaſpis eſt: uiridem colorem habens occurrentiaque uana fantaſmata expellens: fidem qua martyres ornati fuerunt ſignificat. Ipſa nempe ſemp uiret & nonq̃ marceſcit: ac omnium peſtiferos mortaleſque errores expellit. Secundus eſt Saphirus celeſtem colorem habens: & a radiis ſolis percuſſus ardentem emittit ſplẽdorem: Per quem ſpem in celeſtibus intentam intelligimus. Tertius eſt calcedonius lucernæ pallẽti ſimilis charitatis feruorem martyrium ſignificãs quæ foris pallet & intus amore languet. Quartus eſt ſmaragdus oẽs herbas ſua uiriditate ꝑcellens. Virginitatem merito ſignificans a nullo libidinis ardore exuſtam. Quintus eſt Sardonix pacientiam martyrum importans. Sextus Sardius ſardis primo repertus fuſcum habens colorem: per quem ipſorum conſtantia importatur. Septimus criſolitus auro ſimilis ſapientiam denotans. Octauus berillus manus tenentis calefaciens: Miſerationem ſanctorum demonſtrans. Nonus Thopacius aureum ethereumque colorem precipue habens: & a ſolis ſplendore tactus: omnium gemmarum claritatem excedit terſa obſcurat̃ ſuæ naturæ de relicta ſtatim clarior redditur. Altam contemplationem ſignificans. Decimus criſopaſſus paſſim habens aurum: celeſtis patriæ deſiderium importans. Vndecimus iacintus in ſereno perſpicuus: & in nubilo obſcurus diſcretionem ſignificans: inter malos latent: inter bonos fulgent. Duodecimus Ametiſtus ex colore uiolæ & roſæ permixtus: humilitatem & obedientiam importans. Nam ſicut in agone fortiores athlete precæteris fuerunt ita & in primo atque triumpho illuſtriores. Doctoribus predicatoribuſque aurea corona capiti eorum merito impoſita eſt: quorum officium ſemper fuit uitia extirpare: uirtutibus in excolendis: ut mentibus inſerãtur operam dare. Virginibus quibus aduerſus uoluptates illecebras ſemper inditum atrox bellum fuit atque animæ lætale: corona ex floribus: ut carnis mentiſque integritas effulgeat data fuit. Qui uero martyrio: doctrina uirginitate reſplenduit: ut Paulus triplici ſerta: aut aureola coronatum fuiſſe conſtat. Alia animæ dos eſt dilectio. Quid enim homini erudito ſua ſapientia atque doctrina prodeſſet: ſi eum non diligeret in cuius manu uniuerſa ſunt poſita: phyloſophi quidem naturali indagine multa de deo ſerio diſputarunt: ſed quia eum quẽ cognoſcebant non amarunt: a uia ueritatis impudenter auerſi ſunt. Lucifer perfecte deum uidit: ſed ꝙ ei amore non inheſiit: lapſus in abiſſum ruit. Igitur debemus toto mẽtis affectu hũc ſupra oẽs creaturas amare: Cari ſũt parẽtes & neceſ

Corõa ex lapidibus xii. cõtexta

Iaſpis

ſarii: Cari & filii: Cara & patria: ſed nulla maior neceſſitas ẽ: q̃ ea quæ cum deo habenda eſt. Quis enim non diligat ſalua parentum pietate animæ ſuæ fictorem: qui ex nihilo nos in lucem produxit: pabulum ſubminiſtrat: ad iuſtitiam & beneficiis & aduerſitatibus erudit. Merito itaq; amandus eſt: quoniam pater uereri: ꝗ dominus honorificare: ꝗ beneficus. Metuere ꝗ ſeuerus: adorari ꝗ omnium noſtrum uota exaudit. Idcirco uim amoris unitiuam fore preſentiens. Paulus dixit. Qui amoris incendio deo inheret: unus ſpiritus efficitur cum illo & recte: Tanta quippe eſt amoris poteſtas: ut ſi deum ames: non leui motu uoluntatis: ſed efficaciſſimo impulſu: deus utique non natura: ſed nuncupatione ſis: ſi tellurem terra: Si cenum: cenũ es. Igit̃ beati multo plus amãt q̃ cognoſcãt: & amor ſerpit ibi: ubi ratio parum proficit. Accedit poſtremo fruitio: ſiue comprehenſio quæ idem ſonat: qđ uiſio & amati tenſio: aut ueri & boni. Nec hoc in loco comprehendere ſumunt theologi pro ambire: aut diuinam maieſtatem luſtrar̃: ac circumplecti. Sed pro attingere rem & uiſam & amatam: nam fidei uiſio ſpei certitudo ſuccedet. Caritas per apoſtolum nonq̃ excidit: ſed aucta perficitur: egrediũtur ſæpenumero ꝑ contemplationem: ut Salomonem a matre honoribus affectum intueantur: ideſt humanitatem chriſti: in qua & corporis ſenſus noſtri oblectari debent. Hæc ſunt illa paſcua fertiliſſima: in quibus poſt animi cœleſtes uoluptates grex educi debet ne quid ab offitio uacet. Stulte aquinates qui lapſum primi hominis pro incarnationis cauſa immedium adducunt. Neque enim ade innocentia tantum emundo ſubſtuliſſet bonum: Neque decens erat (omni achademia clamante) uniuerſi ſummum bonum conditione diminui: Sed ut aurelio placet: cum ex duabus naturis atque ſubſtanciis in ſe inuicem diſcidentibus homo cõſtet: ſcilicet anima & corpore quarum una morti obnoxia eſt: altera innoxia: nec anima abſque corporis contubernio: nec corpus ſine animi uigore aliquid operari queat: Conſequẽs eſt animæ corpus inſtrumentum eſſe: & recte factorum conſcium & ſocium: propterea ut totum beatificaret hominem: humanam naturam aſſumpſit. Deus igitur cum ſpiritus ſit ſola mentis acie apprehẽditur: ne igitur corpus ſuo præmio defraudetur: carnem aſſumpſit: ut ipſa etiam ſenſus beatificarẽtur: & iſta ſunt illa gemina feraciſſima paſchua: in quibus ingrediendo: ſcilicet ad contemplandam diuinitatem animi cultum atque dotes conſequimur. Egrediamur nunc & chriſti meditemur humanitatem. Tanti eſt ſolis: lunæ ſyderumque lux & claritas: ut illorum gratia ſe natum fuiſſe profeſſus fuerit anaxagoras. Nihil enim luce pulchrius: Nihil iocundius: nihil delectabilius. Eius quippe ſplendore laſſos recreantur artus: eius ducatu naute optata lictora tenent. Longe pluris eſt claritas fulgens in corpore chriſti: Cuius pulchritudinem admiratur oculus: Cuius fulgore lætificatur aſpectus hominum. Quid enim precioſius q̃ carnem noſtram tanto ſplendore ornatam intueri. Illa profecto eſt in quã angeli fixa tenent lumina: quã uenerantur Patriarche: quã adorat omnium ſanctorum chorus: ipſa eſt lux in deficiens. Lucerna ſemper ardens oculorum uoluptates: ſemper ſaciãs: ex uocum & cantuum ſuauitate: aurium uoluptas percipitur: de qua in ſecundo libro longã mentionem fecimus. Muſas enim eſſe mũdi cantum etrurici ſciunt qui eas camenas a canendo dixerunt. Nam ideo in hac uita omnis anima muſicis ſonis capitur: ut non ſolum qui ſunt habitu cultiores: Verum uniuerſæ quoque barbaræ

Paulus

Apoſtolus

Aquinateſ

Aurelio

Cur deus humanã carnẽ aſſũpſit

Anaxagoras

nationes: Cantus: quibus uel ad ardorem uirtutis animetur: uel ad molliciem uo luptatis reſoluātur: exerceant: quia in corpus defert memoriam muſicæ: quā pla tonico dogmate in cœlo fuit cōſcia: quod alienum a uero cultu ſemper eſtitit. Ta men ita delinimentis cāticis occupatur: ut nullum ſit tam immite: tam aſperum pectus: qd non oblectamentorum talium teneatur affectu. Hinc ut ueteres exiſti mant: & orphei uel amphionis cauſa: quorum alter animalia ratione carentia: Al ter ſaxa quoq; trahere cantibus ferebatur: ſumpſiſſe exordium: iram ſuggerit: cle- mentiam ſuadet. Et quid mirum ſi inter homines muſicæ tāta ſit dominatio: cum aues quoq; uel terrene uel palluſtres aquatiles beluę inuitantę cantu in retia ſpon te decurrant. Et paſtoralis fiſtula paſtum progreſſis imperet gregibus. Si igit̃ uo luptas eſt audire cantus & carmina: ſicut de ſirenis refferunt poetæ: quas alteram uoce: alteram cythera: & tibiis tertiam: quartam tympano fingunt: quarum ar- monia atq; ſuauitas tanta eſt: ut ſui cantus dulcedine nautas in ſomnum trahant: ſopitos mergant atq; deuorent. Quanta erit iocūditas ſanctorum angelorum au- dire uoces & muſicos numeros: laudātium & glorificantium deum: tum maxime mellifluam chriſti uocem quā expetere uidentur animæ diuino amore ſuccenſæ.

Sonet o dilecte mi inquiunt uox tua in auribus noſtris: Vox enim tua dulcis & facies tua decora. Hæc eſt uoluptas uera quæ comes eſt & uirtutis ſocia. Hæc ē nō caduca & breuis: ut illa quā appetunt qui corpori: ut pecudes ſeruiunt: ſed perpe- tua & ſine ulla intermiſſione delectans: cuius terminos ſi quis exceſſerit: nihilque aliud ex uoluptate petierit: niſi ipſam uoluptatem: cuius concentus adeo gratiſſi- mus eſt: ut ſupergrediatur uniuerſi carminis ſuauitatem. Quid de guſtus oble- ctamentis: tum uariis: tum mirificis: tantos enim apparatus offendunt: quantos nunq̃ quiſq̃ fuerat arbitratus: nō ſuiles: nō carnes taurorū: non pecorū: nō auiū: non leſpium: aut rhodium merum libatur: ſed carnem chriſti ieſu: iamdudū mor te paſſam: nunc glorioſe impaſſibilem edunt: Beatus igitur ille eſt qui ad cœnam agni inuitatus eſt. Rex potentiſſimus ſub tentorio aurato ĩ ſedia eburnea gem- mis auroq; celato contexta ſedet. Pueri inſignes pulchritudinis utrinq; collocati picti cupidinibus perſimiles illi principi obſequentes. Puellæ inſignes in primo ſuæ ætatis flore uirginitatem regi deuouentes: quibus nullus laſciuentium iuue- num amor ſerpſit. Quibus nihil gracius uiſum fuit q̃ ſponſo Chriſto ſe & corpo- re & ſpiritu dare eius throno aſſiſtunt. Hi carne incorrupti ſequūtur agnum quo cunque ierit & inſtar nercidum & graciarum ſcholis partim fulcris incumbūt: par tim throno adnituntur. Angeli mirabili habitu omnes cœli partes uaporibus complentes: nouam ciebant melodiam: quā nemo alius cantare poterat. Quis tam facundus & tanta rerum uerborumque copia inſtructus. Quæ ratio tantæ af fluentiæ ubertateque decurrens: ut illius: & uiſus: & auditus: & odoratus: & gu ſtus: & tactus cœleſtis patriæ oblectamenta merito depingat. Si mihi linguæ cen tum ſint: oraque cētum: nec extremam illius patriæ gloriam deſcribere poſſem.

Solent ſæpenumero honeſtæ perſonæ quibus eum & laborum diſcrimina: & fortunæ dignos ſucceſſus communicamus: noſtram intendere uolupta- tem: idcirco docuit Ariſtoteles fœlicem pollitice etiam amicorum egere pre Ariſtoteles ſentia: uel ad calamitates amouendas: uel ut uerius cenſuit ad participandam amicorum bonam fortunam: igitur admodum amici cōſpectus frugi ē. Quid. n.

iocundius:Quid ue fœlicius ſanctorum cæleſtium ſocietate atq; pſentia:ſi numerum expetis:milia milium miniſtrant illi principi deo:& decies centena miliũ ei9 lateri aſſiſtunt per internuncios diuina pandentes miſteria:quorum omnium tãta gratia:tanta deniq; beniuolentia eſt:ut omnibus parendi & obſequendi deo ſit idem uelle & idẽ nolle:Quem numerum aquila triũphas pſpiciens intulit. Vidi turbam magnam quã dinumerare nemo poterat:ex omnibus gentibus & linguis & populis & tribubus & nationibus ſtãtes ante agni thronum. Nobilitatem forte concupiſcis:at nulla maior q̃ ea quæ ob rerum bene geſtarum iamdudum collocata eſt in excelſis:ſi enim antiquitas familie crebris uictoriis & triumphis decorata:aut uirtutum iſignia uere ſucceſſores & poſteros ingenuos reddit: ut egipcii ob antiquitatem ſcythis illuſtriores habiti ſunt:Merito ſancti ingenuitate mirabili fulget. Quid enim iocundius homini bene inſtituto obtigere poteſt q̃ cum his inire conſortium:cuius uita ſemper ſita eſt in excelſo. Legimus. L. Catelinã reip. non ſolum inuaſerem:ſed oppreſſorem ac totaliter labefactorem ne ſpecioſa romanorum iuuentus ſeruorum mixtione pollueretur:in caſtris admittere noluiſſe. Adeſt primo glorioſa dei genitrix Maria omni prorſus dignitate atq; nobilitate predita:Et ſi alcius petere curabimus ex nobiliſſima atq; illuſtriſſima proſapia propagatam cõperiemus. Obmitto illos primos a quibus ueluti a ſtipite iniciatum deſcendit humanum genus:Septem Patriarchas totidemq; reges ſanctitate plenos commemorandos cenſui:ut tantæ uirginis gloria eluceſcat. Sumpſit enim originem a Seth qui cultum dei docuit:aut noe a quo uirginitatem:Nam quingentorum erat annorum & illecebris carnis incentiuorumq; motuum atque titilationum inſcius:Propterea ſolus cum omni familia ſua tantæ cladi diluuii ſuperſtes fuit. Ab Enoch:quem in locum deliciarum tranſlatum ferunt:ab enos habraham:yſahac:& Iacob:& Iuda:ex qua tribu traxit originem. Ab inclitis regibus enixa fuit. A dauith:Salomone:Ozia:Aſſaha:Ioſath:habyas:Ezechias:Multos pretereo breuitatis ſtudio:quos & Lucas & Matheus meminerũt. Adeſt domino deo noſtro Baptiſta precurſor iudicis facula ſemper ardens. Adſunt & pphete futura mirabili ueritate precinentes. apoſtoli per quos uniuerſus orbis euangelinm chriſti ſuſcepit. Confeſſores uitia depellentes. Doctores & litteris & ſcriptis eccleſiam illuſtrantes Martes palma decorati. Virgines floribus & liliis iſignitæ: continentes aſſiduis carnis bellis fatigate:Innocentes in chriſti perempti angelorum agmina:quibus omnis uirtus: omnis dignitas collata eſt: mirum immodum cãtãt omnes & ſancti & ſancte cum Iubilo. Qualis erit illa dies cum tibi maria mater dei choris occurret circundata uirgineis & poſt rubrum mare ſubmerſo cum ſuo exercitu pharaone & tympanum tenens præcinet reſponſurus. Cantemus domino glorioſe. Nam magnificatus eſt:admodum æquũ & aſſeſſorem deiecit in mare. Quis tanto cœtu non letetur eſſe aſcriptum & tantorum agminũ fretum fuiſſe beniuolentia ac ſempiterno euo fuiſſe copulatum. Quid de ſanctorum charitate atque incredibili amicitia elloquar:quorum omnium eſt una ſpes mercedis tributa. Nam ſinguli (Teſte Euangelio) ſingulos accipient denarios:ut quanto in præmio fuerint feruentiores tanto in charitate ſolidiores appareant. Gaudet rurſus iuſtorum animæ in glorificatorum corporum aſpectu cuius uis tanta eſt:ut eſtaticos uiros efficiat. Gaudet corporũ celeſtium ſoliditatem ſibi

Virginis itacte proſapia

cedere. & ad nutum corpora ſibi famulari. Gaudent ſic huius corporis impetuoſos ac ſubitos motus rationis loro ſubiecisſe ut nullo pacto eius habene inuito ſolui queant. Accedit inferni meditatio qua beatorum animæ leticia atque ingenti gaudio exardeſcunt. Quibus non ſubministret materiā amplioris iocunditatis pœnarum horroris euaſio: Quas non ſuis uiribus: non ſua calliditate: nō ſua denique animi moderatione declinaſſe: ſed diuina miſeratione & cognoſcūt & itelligunt. Nonne letātur: ut ſcriptura edocet: cum hoſtes ſuos a quibus omne ſupplicium iniuſte illatum eſt mulctari intuētur: quorum animaduerſio tam ſeua ē: ut fugientem mortem crebro ſollicitent. Nonne ſicut uictores capta præda aut iperatores hoſtes ſubactos triumphant txultant & cantus edere ſolēt: Ita ellectos dyabolū miſeris nodis in inferno ligatū gaudere decet atque peccatorū abiſſum clauſum ſic: ut amplius ſanctis obeſſe nequeat. Emundo ampliſſimum ſolidūq; gaudium uendicant: cū animā conſpiciant euinculis corporis relaxatam ac ſolutam tāq ex hoc caliginoſo carcere atque procelloſo pellago fluctibus iactatam ac ſæpe tempeſtate abrutā: diuina illa: ut ita dixerim laureola redimitam in cœlum certū quoddā & eternū beatorum ſpirituū receptaculū: ob itegritatem & ſanctimoniam uitæ euolaſſe: ut cū reliquis cœli conciuibus euo ſempiterno & ppetuis iubilationibus perfruatur. Et ſi pauca & exilia his uideantur: quibus nihil eſt iocundum niſi quod uel proſpectu: uel aure demulceat: intenſis animis cogitēt cœlum quanta luminum diuerſitate: quanto ſplendore: quātaq; moderatiōe ab oriēte in occaſum tendat. Cogita eorum abſque labore famulatum: & cū hæc uniuerſa animo complecteris ab his rebus creatis in quibus fulgor diuinæ ſapientiæ reſplendet atque inenarrabilis pulchritudo: diſces pro captu exiſtimare beatorum gaudia: quibus hoc grande cœli ſpectaculum ceſſit in ſortem. Si enim mortales non diuiciis: non opibus: non uoluptatibus illicibilibus non potentatu contenti: niſi ſpecioſiſſimas edes atque aulas uariis pictas ſibi ipſis ſtruxerint: in quibus admodum oblectatur proſpectus. Quanto iocundius ellectis dei eſſe debet templum hoc: quod cœlum appellatur in quo nihil turpe: nihil flagicioſum: Nihil denique leui noxa coinquinatum ingredi licet. Gaudebat olim Roma ob delubrorum ingentem molē: quā diis erexerant: ut nō iratos: ſed propicios in rebus eorū haberent. Item ob ſpectaculorū nimiā luxuriam uel ſcauri uel porcii neronis: & nos qbus angelorū ſedes: uel illum lucentiſſimū empirei globum ad incolēdū datū ē: miris nō afficiemur gaudiis. Irrideat ſi quis uult. Plus enī apud eccleſiæ triūphatores ualebit uera ratio q̄ improborū impia opinatio: qui ut pro eorū arbitrio ſe uanis implicent erroribus: derident atque nos ludibrio habent. Liber menſuram & modū expoſcit ubi fragili cimba ſcopulos enatauimus: quos declinare ueluti ſolertiſſimus nauta penſitate curaui. Si qua forte non ſacris codicibus conſentanea his libris in didi: Accipiant lectores ea potius: ut confutent illorum falſas opiniones: qui quo caſu feriant: aut mordeant impudenter religionē chriſtianam non aduertunt. Non enim ea ſorte poetæ atque Illuſtres phi ad hoc grande ſpectaculum accerſiti fuerunt quaſi omnia approbaturus ſed magis: ut nauarent propoſitum iam dudum ex me inſtitutum. Igitur exitus celeuma ſirenarum more cantādum eſt. O regio celeſtis oī genere florum amenior. O manſio ſecura: patria totum continens quod delectat. O uere meridies plenitudo feruoris. O lucis

ſoliſque ſtatio: O lumen meridianum: O uernalis temperies: O æſtiua uenuſtas: O autumnalis libertas: O quies & tuta habitatio: Paradiſi dulce pabulum: Nihil ibi formidatur: Nihil faſtidit: Nihil deficit. Feſtinemus igit᷑ ex hac luce commigrare perniciter: ut in illum ſplendidiſſimum cetum admitti ueleamus: in q̄ eſt ſanitas abſque ulla egritudine. Iuuentus ſine ſenectute. Sacietas ſine faſtidio. Libertas ſine ſeruitute. Pulchritudo ſine deformitate. Impaſſibilitas ſine morte. Habundātia ſine indigentia. Pax abſqꝫ turbatione. Securitas ſinæ timore: Cognitio ſine ignorantia. Gloria abſqꝫ ignominia. Gaudium ſine triſtitia. Quis tanta rerum copia ſpe lætitia motus non exardeſcat cupiatqꝫ id obnixe aſſequi. Aut quis eſt tanta mentis inſania affectus: ut allucinatus iſta paruifaciat: iamque a primis iniciis hominū eorum pectoribus inſedet quædam uis noctes atqꝫ dies ipſos ſtimulis agitans: ut contemptis omnibus actionibus in cœlum ītentis animis ſuos dirigat greſſus. Cauenda ſunt igitur oblectamenta iſta tanq̄ laquei & plagæ: ne ſuauitudinum mollitiæ capti ſubditiōe mortis cum ipſo corpore reddigamur. Et ne huiꝰ illecebris circumlimatū poculum officiat. Meditemur ſic diuinis obſequiis nos mācipare: ut ꝓ tenebris claritatem eternā conſequamur: Quā ob rerū bene geſtarū laborē daturus ultro eſt ille ꝗ uictor triumphat in cœlis. AMEN.

Liber de cœleſti uita ſacræ theologiæ doctoris clariſſimi magiſtri Iohannis Ferarienſis ordinis Minorum nuper in lucem editus per eximium artium & Medicinæ Doctorem magiſtrum Antonium de Cauchorio: Qui dum eēt pro Ill° & excelſo pādulfo Malateſta ariminenſiū principe apud hoc ſereniſſimū uenetorū dominium orator ex ſingulari gracia obtinuit ne aliquis per decēnium eum librum imprimere poſſet præterq̄ a prudenti uiro Hieronymo blongio. Ciue florētino. Qui omni ſtudio cura & diligentia ſuaqꝫ impenſa curauit ut emendatiſſime imprimeretur per Egregium uirum Matheum Capcaſam Parmēſem. Qui etiā correctiſſime imp̄ſſit. Anno dn̄i. M.CCCCLXXXXIIII. die. XIX. Decembris: regnāte Sereniſſimo principe Auguſtino Barbadico Inclito duce Venetiarum.

## Regiſtrum huius operis.

a

Prima alba
Diuo Borſio
nis amplitudo.
facturus opere

b

prictatibus rerum
cemqꝫ eam ſingit
non cœlum ſpe
mores hominum

c

prior eſt longe
utique me con-
motu ſurſum uel
potentia uitam

d

et ſolum humanis
digreſſio declarãs
tis principatum
quas eis influit

e

corpore queſtus
dibus prius ſuis
fruendis ocupatus
cõſtat. Hac regna

ſ

ſequerent' pericu-
ſtate: non neceſſi
ſtros defatigatos
ut eſſet qui primi

g

tudini ſeruitura
iſtud quicquid eſt
eſſet expergefactuſ
licet intellectus

h

rum primo quidẽ
mus eius: cuius
rum exempla
here ſolent Nimiũ

i

mocriti: epicuriqꝫ
bat. Accipite banc
ad extimos cœli
teris creatus fuerat

K

omni deniqꝫ mo
ſcopulos obru
tia inter medios
ad iudicium uen

l

ſa recipere mu
Nec demirari
ſpeciei elegantia
Cæſarem uniuer

m

pus redundat
nationes cantus
cedere & ad

Amen

EE·2·9·